DE DONIS RADULFI FILII LANCELINI, ET DE AUCTORAMENTO STEPHANI COMITIS.

26 avril 1085.

Raoul, fils de Lancelin de Beaugency, donne à la Trinité la chapelle de Montfollet. Les religieux devaient la reconstruire en pierres, et Raoul leur donner tout le terrain nécessaire pour construire les maisons d'habitation pour un bourg, dont il leur abandonne tous les revenus avec exemption de toutes redevances et charges, même de la milice, excepté le cas d'invasion. A son exemple, plusieurs seigneurs accordent semblables franchises. Les religieux dédieront la nouvelle église en l'honneur de saint Nicholas.

Necessarium esse et ratum fore tam nobis quam posteris nostris duximus litterarum apicibus annotando fidelium memoriæ perpetualiter tradere qualiter Domino Deo et monasterio Vindocinensi donaverit Radulfus filius Lancelini de Balgentiaco, capellam castelli quod vulgariter appellatur Monsfollulus. Dedit siquidem illam et de rebus suis aliis quantum sibi in præsentiarum visum fuit, et daturum se in futurum quantum sibi videbitur etiam repromisit; ea conditione ut ecclesiam ædificent monachi hujus loci foris castellum, ubi ipse monstravit, ad præsens quidem ligneam. Cum vero res perficiendo extruxerint lapi-

deam, ostendit etiam et divisit, circa locum ecclesiæ, terram quantum opus fuerit ad construendas, secundum monachorum æstimationem, largiter officinas et insuper universa ædificia quæcumque necessaria videbuntur facienda, dedit etiam terram ad burgum faciendum, quantum fuerit necessarium, concedens monachis omnes omnino redditus ejusdem burgi, et consuetudines universas tam venditionem quam emptionem, seu qualiumcumque negotiorum cujuslibet artis vel ministerii. Item in eodem burgo vel in omnibus rebus ad jus monachorum pertinentibus, ipse per vim nihil faciet, nec quemquam suorum facere jubebit aut consentiet ; sed a nullo burgensium creditionem queret, aut mutuum vel hospitalitatem in domibus eorum vel suorum hominum vel extraneorum, de rebus vero quæ in mercato suo vendiderint vel emerint, consuetudinem suam rectam habebit et nihil amplius; si quos ab eis mercari voluerit, non oprimet venditorem ut melius ei det quam ab alio homine habere potest, nisi venditori de corde exierit; nullam toltam faciet eis in mercato suo, neque in totam terram monachorum, nec quæsitionem cujuscumque rei, nec cuispiam suorum nisi monachi sponte concesserint. De hominibus monachorum nullum faciet ire in bannum vel corveiam, sive equitatum, nisi forte aliqui in terram ejus venerint, depredaturi, aut si quis inimicus castellum voluerit facere in terra sua super eum, in eis duobus tantum negotiis ibunt cum eo homines nostri. Si autem ipse ire voluerit super alios, in hujusmodi negotiis cum eo non ibunt, neque cum hominibus suis, et tunc quidem non per prepositum suum aut vicarium submonebunt homines monachorum sed monachis solummodo dicetur, et ipsi per unum de servientibus suis homines facient submonere. Huc usque descripta sunt consulta nobis facienda, et adhuc pariter descripta sunt jam dicta

promissa ab illis viris qui terras circa locum habent quorum nomina hæc sunt : Willermus filius Frodonis de Sancto-Victore, et Simon ejus frater dant terram ad duas carrucas sufficientem Robertus et Ingelbaldus dant terram ad duos boves ad Cergi. Gualterius dat terram ad duos boves ad Cergi. Herveus dat medietatem terræ suæ de Puteolis, Hodo Paganus et Hubertus frater ejus dant terram ad Pesostum [1], quæ dicitur ad fames [2], ad IV boves ; Radulphus de Balgentiaco, filius Lancelini, dat universam decimam et sepulturam totius castelli, quam acquisivit, datis sufficienter excambiis, Otberto Ternerio qui eam decimam quasi jure hereditario retinebat [3], totam etiam decimam totius terræ Sancti-Martini, quæ circa castellum Montis Foluli manet, et terram ad officina monachorum ædificanda et quantum sufficit ad burgum ædificandum, cum debitis consuetudinibus perpetualiter habendis, de omnibus in suo burgo habitantibus, et pasnagium totum, censum, venditiones, placita, et districtiones ; adhuc hortos, terram, stagnum ad molendinum, si fieri potest, et totum pasnagium non solum de nostris porcis sed etiam universis, qui per monachos adducti fuerint, per illud tempus quando glandes affuent in sylva lignearia. Vicarias quoque et omnes alias consuetudines si quas habuit, in nostris terris, quas modo habemus ; sed etiam in illis, quas per emptionem aut per donationem acquisituri sumus, in toto suo casamento, perdonavit sancto Nicolao et nobis ; terram etiam ad vineas ædificandas ad plenum nobis et burgensibus nostris, et alia multa ad sufficientiam promisit, et demonstravit. Hoc totum facit non pro munere aliquo sed pro sola misericordia Domini exqui-

1. *Pesostum.*
2. *Adsames.*
3. *Possidebat.*

renda, nos tamen ei diximus ut apud Montem-foleti ecclesiam faceremus, si quando possibilitatem haberemus, in honorem videlicet sancti Nicolai ; decimam pellium totius venationis suæ adhuc dedit et daturus erit. Testes Wulliermus filius Frodonis et frater ejus Simon Archembaldus. Stephanus comes præclarus, Tetbaldi nobilissimi comitis filius, per deprecamentum Radulfi filii Lancelini de Balgentiaco dedit assensum monachis Sanctæ-Trinitatis ad construendum locum in honore Dei et sancti Nicholai, apud Montem-Folleti : Testes Fulcherius filius Nevelonis, Rainardus forestarius comitis Stephani ; alii : Paganus senescallus domni Radulphi. Actum est hoc in planitie, quæ est inter sylvam lignearium et Osareacum, anno ab incarnatione Domini MLXXXV, mense Aprili, in die sabbathi clusæ Paschæ.

Autre terminaison. — Hoc totum facit propter monasterium Sancti-Nicholai loco cellæ faciendum apud Montem-Foluli, primo ex ligno, deinde petrino, propter misericordiam Dei impetrandam; decimam partem totius venationis suæ adhuc dedit et daturus erit. Testes Wilermus, filius Frodonis et frater ejus Simon, Archembaudus pejor lupo, Rupertus et frater ejus; Odo paganus, Ingelbaudus de Montefolulo ; Galterius de Minellis, Radulfus filius Mathei ; Herveus de Linardo, Calvinus carpentarius, Robertus filius Arii Rameonis de Montefoluli, Ranaldus famulus, Isambardus famulus, Berno prior, Radulphus Modo, Hugo Modo, Gaufridus Modo filius Frodonis[1].

Sources. Mss. 17049, f. 709. — Decamps, 103, f. 206, avec renvoi au fol. 193, col. 2 du *Cartulaire.* — *Cartulaire de la Trinité,* n° DXVI. — D. Noël Mars, *Histoire de Saint-Lomer,* p. 376.

1. Cette terminaison, différente de la première, est donnée par D. Noël Mars, *Histoire de Saint-Lomer,* p. 378.

CCCXXV.

DE PASNAGIO BOSCI PERTICI.

1085, avant le 6 août[1].

Nivelon de Fréteval, gendre d'Eudes de Mondoubleau, donne à la Trinité la moitié de la dîme du pasnage du bois du Perche. son fils Nivelon-Payen, après l'avoir contestée, confirme cette donation.

Noverint quod Nivelo Nivelonis filius, qui filiam Odonis Dublelli, quondam Montis Dublelli domini in conjugium accepit, plura ob anime sue salutem, loco isto quam et habitatoribus ejus concessit; inter que et medietatem decime pasnagii de bosco qui Perticus dicitur[2] jure hereditario

1. L'abbé David, élu ou béni le 4 juin 1083, ne gouverna l'abbaye que deux ans et deux mois (voir ch. CCCVIII, note) et mourut le mercredi 6 août 1085 : « MIIII^{xx}V, in hoc anno obiit supradictus venerabilis bonæ memoriæ pater David, VIII idus augusti, feria IV. » (*Chronicon Vindocinense*). Son obit est inscrit à ce même jour dans le Nécrologe : « VIII idus Augusti, depositio domni David abbatis » et dans les calendriers des Bréviaires manuscrits de l'abbaye : « Depositio domni David abbatis III^{i}, IX lect. »

La charte ci-dessus, où figure l'abbé David, est donc antérieure au 6 août.

2. Le bois du Perche devait être situé près de Lisle, d'après une sentence du 12 août 1494, prononcée au palais des requêtes de Paris contre Georges Gaston, en faveur de l'abbaye de Vendôme, à qui « à cause de la fondation de ladite église et abbaye competoient et appartenoient plusieurs beaulx fiefs, manoirs, terres et entre autres les terres, chastel et seigneurie de Lisle et du Rouilliers (Le Rouilly) et plusieurs beaulx boys et belles forets et mesmement la forêt de Mornays et le bois appelé *Le Perche* et le boys du Deffays, où ils avoient justice haulte, moyenne et basse, ledit Gaston prétendant avoir droit d'usage et de couper du bois dans ladite forêt. »

En 1511 intervint un accord avec Charles de Bourbon, comte

sibi pertinentem dedit. Sed successor patris filius, eodem vocabulo quo et pater nuncupatus Nivelo, scilicet cognomento Paganus, quecumque pater et antecessores ejus huic monasterio concesserant, suasione virorum suorum, monachis invasit maxime dictam decime medietatem. Tandem dimisit et concessit, videntibus Burchardo comite, Salomone de Fractavalle, Hugone filio Drogonis de Monte-Aureo, Rainaldo Longobardo, ipso Nivelone cognomine Pagano de Montedublello, Matheo filio Gripponis, Harduino de Marson. Actum anno MLXXXV, indiction VIII[a], tempore domni David abbatis.

Source. Gaignières, mss. 5419, f. 14.

CCCXXVI.

DONUM AMELINI DE LANGEIA ET UXORIS EJUS.

19 octobre 1085.

Hamelin de Langeais et son épouse Helvise, fille de Eudes Doubleau, ayant perdu leur fils Gautier, âgé de sept ans, donnèrent à la Trinité plusieurs biens, et furent admis à l'association des prières, et déposèrent sur l'autel le gage de leur don.

Noverint omnes fideles, maxime vero cuncti cenobii Sanctæ-Trinitatis habitatores, quod Hamelinus de Langeia atque uxor ejus Helvisa, Odonis Dublelli filia, divina gratia

de Vendosmois, pour les limites des bois et forêts de la baronnie de Mondoubleau, du fief Bouchet et de Moteux, qui lui appartenaient, et des bois de Mornais, appartenant à l'abbaye. (*Archives de Loir-et-Cher*).

quemdam filium acceperunt, nomine Gauterium, Deo dilectum, hominibus amabilem, omnimoda bonitate licet in pueritia comptum. Quem cum de præsenti sæculo raptum migrare septennem contigisset ad Dominum, ne, ut legitur, mundialis malitia mutaret animum ejus, præfati genitores ejus, licet pro humanitatis conditione de corporali absentia filii sui vehementissime dolerent, de eo tamen quod a vitiis et ab omni peccato criminali mundus veraciter ad Deum transibat, eis utique admodum placebat. Quapropter ipsa die qua migravit et qua tumulatus est, genitores ejus designaverunt, antequam sero comederent, quid Deo et servientibus ei in loco ubi carissimus eorum filius in Christo quiesceret, tribuerent. Dederunt decimam totius pasnagii de Pierico (?) totumque rectum censum de Villa-Chatani, in vineis cultis et incultis, in terris et boscis, id est de singulis arpennis, IV denarios, ad illuminandum altare Crucifici. Surrexit d. Helvisa et accepit beneficium orationum per manus prioris, sumptumque ligneum donum tradiderunt illud utrique manibus prioris, confestimque inde abeuntes, posuit utrumque donum super altare Trinitatis. Factum est hoc Vindocino, XXVI die post transitum pueri, feria I, id est XIII kalendas novembris [1].

Sources. Baluze, 47, f. 255. — Decamps, 103, f. 143. — Se trouvait dans le *Cartulaire* au n° CCXCV.

1. Cette charte est, évidemment, postérieure à celle donnée par Hamelin de Langeais le 15 mars 1075 (Voir plus haut charte CCI.). Or, après 1075, la férie première ou le dimanche ne tombait le 11 des calendes de novembre ou 19 octobre qu'en 1085. Nous pouvons donc assigner à la mort de Gautier la date à peu près certaine du 23 septembre 1085, et à sa naissance celle de 1078.

CCCXXVII.

DE VILLA MARZINI.

1086.

Fromond Turpin concède à la Trinité l'église de Villemardy avec toutes ses coutumes, dîmes, etc., pour 30 *livres et un cheval. Le comte de Vendôme, Geoffroy Jourdain ou de Preuilly, donna son approbation. Enfin Guy, qui n'avait pas encore donné son assentiment avec Turpin et Albéric, ses frères, y consentit à Châteaugontier.*

Quoniam generatio generationi succedit et per hoc multa plurimorum decedente memoria, traduntur oblivioni, ideo nos fratres hujus monasterii Vindocinensis, qui tunc, quando hæc gesta sunt, presentes eramus, ad posterorum memoriam huic scripto tradere curavimus, quemadmodum Villa-Marzini[1], terraque quam in giro ejus cum hospitiis degentibus circumquaque possidemus, nostris dudum

1. Le 7 mai 1451, Jehan Garrault, Pierre Garrault et Catherine, sa femme, demeurant à Montoire, « ont déclaré que pour être accompaignez es sainctes prières, messes, services et oraisons dictes et célébrées chacun jour en l'église de la saincte Trinité, et pour avoir deux anniversaires en icelle église, chacun an, avec la grousse sonnerie... ont donné une métairie séant au village de Villelammoy, paroisse de Villemardy. » Etienne Guignelet, prieur du Breuil Saint-Lomer, amortit cette donation pour le prix de 100 sols tournois, le 17 décembre 1452.

Le 4 juillet 1522, les religieux payèrent une indemnité à Mathurin de Saltun, écuyer, seigneur de Fontenailles, Villelammoy, Landrecie et le Plessis-Bertelonnier, et à Jehanne de la Touche, sa femme, à cause d'une partie de la métairie de Villelammoy, et admirent ledit seigneur et sa femme et leurs prédécesseurs et successeurs en participation de prières et oraison, et la somme

devenit in manibus. Siquidem tempore Bernonis abbatis, extitit quidam miles, Frotmundus nomine, cognomine Turpinus, genere nobilis, filius scilicet Salomonis, filii Otredii, qui pro salute animæ suæ patrisque defuncti, totam liberam Ville-Marzini ecclesiam, quam jure hereditario possidebat, dedit nobis, scilicet altare cum omni sepultura, decimamque agnorum, cum omnibus pertinentiis ecclesie decimis concessit. Ex substantia nostra ob recordationem donationis xxx^{ti} libras denariorum et unum equum obtimum dedimus illi. Ad rusticorum insuper ruricolarum mansionem construendam dedit, ut est consuetudo, terram videlicet ad edificandam domum curtimque cum orto et unicuique rustico dimidium arpentum terræ ad ruricolandum, concessis nobis omnibus eorumdem ruricolarum consuetudinibus, sine dubio quicquid consuetudinum ex eisdem foret extiturum ; idem in oblatis et cunctis consuetudinibus. Hæc omnia, ut supradicta sunt, matri sue, licet eam non contingeret, cunctis fratribus suis, excepto Guidone, qui tunc præsens non erat, qui et postea, ut inferius scriptum est, concessit, apud Lavarzinum auctorizare fecit, presente Archembaldo priore et Berardo monacho, cum famulis suis Bernone et Guarino, videntibus et his qui subscripti sunt Roberto Nigrabodella, Mainardo Spirono, Guillelmo fratre ejusdem Turpini, qui propter hoc tunicam IIII^{or} solidorum habuit, et pluribus aliis.

de 40 sols tournois à chaque mutation d'abbé et pour la somme de deux escuz d'or soleil.

Les fermiers de cette métairie payaient annuellement 12 septiers de froment et 3 de seigle.

Les principaux détenteurs furent Nicolas Savarre, sieur du Plessis, et Esther Allard, veuve du sieur Justin, escuyer, 4 juillet 1594 ; François Lemaistre, sieur de la Brosse, 27 février 1614. (*Titres aux Archives de Loir-et-Cher*).

Auctorizavit et hoc Gosfredus comes, cognomine Jordanus, qui dicebatur de Prulliaco, qui et Vindocinensem honorem post Burchardum comitem, Fulconis filium, suscepit[1], rogatu prioris Archembaldi. Actum est hoc anno Verbi MLXXXVI, præsentibus his, ipso Frotmundo Turpino, Alberico fratre ejus, Giraldo Hardillono, homine ejusdem Turpini, Mainardo de Pomerolis, Isembardo Bardulo, juniore nepote Isembardi senioris, Petro fratre Odonis Chabotti.

Postea non longe, quidam ex fratribus nostris Ingelbaldus nomine, Gunterii castrum adiens, invenit ibi Guidonem supradictum fratrem Turpini, cum eodem Turpino et Alberico fratribus suis, petiitque ab eo, ut quod fratres concesserant, et ipse concederet. Quod et libenter fecit. Fuit hoc gestum in parvo castellulo sursum, in plateola quæ est ante domum Frotmundi filii Ulgerii. Quod viderunt et audierunt barones qui subscripti sunt : Guillelmus filius Guldulfi, Robertus comes, Suhardus Barretus.

Sources. Mss. Phillipps, 17712, f. 1. C'est un fragment du *grand Cartulaire de la Trinité,* la charte porte encore le n° 904 et la pagination IIᶜIIIIˣˣII. — La table du *Cartulaire* indique cette charte avec le même incipit au n° CCCCLXVIII. — Baluze, 47, f. 259, l'a extraite du folio VIIIˣˣXVIII *v°* du *Cartulaire* : elle s'y trouvait donc transcrite deux fois, aux fol. 178 et 282. — Decamps, 103, f. 146. — Mss. 13820, f. 341 *v°*. — D. Verninac, mss. 394, t. 3, f. 214, et 343.

1. Bouchard III, comte de Vendôme, mourut le 28 février 1085. « Eodem anno (MLXXXV) obiit Burchardus comes, bonæ indolis adolescens, filius comitis Anserulus cognominati, II° kalendas martii. » (Mss. 12700, f. 258). Il est inscrit au Martyrologe de l'abbaye au même jour : « II kalendas martii... Buccardus comes. »

CCCXXVIII.

DE AUCTORAMENTO GOFFREDI JORDANI.

1086.

Geoffroy Jourdain ou de Preuilly, comte de Vendôme, confirma la précédente donation, sachant que Geoffroy Martel avait donné à la Trinité la priorité dans tous les achats. — Autre confirmation de Fromond Turpin et de plusieurs chevaliers.

Auctorizavit et hoc Goffredus comes, cognomine Jordanus, qui dicebatur de Pruilliaco, qui et Vindocinensem honorem post Burchardum comitem, Fulconis filium, suscepit, rogatu prioris Archembaldi fratrumque qui cum eo fuerunt, eo quod ab antiquis audierat quod comes Goffridus Martellus hoc nobis monachis Sanctæ-Trinitatis olim concesserat, ut ubicumque in istam Vindocinensem provinciam emptio facienda exsurgeret, aliis monachis vel laicis eam emere non liceret, quousque repudiaretur a nobis, si tantum quantum alii pro justo judicio dare vellemus. Factum fuit, et hoc sursum in castellulum, presentibus his optimi testimonii baronibus : Vulgrino filio Ingelbaldi, Fulcherio de Turre, Herveo Charnardo, Archembaldo priore.

Dein non multo post jam sæpe dictus Frotmundus Turpinus cum fratre suo Alberico pluribusque baronibus castri hujus indigenis, in capitulum nostrum veniens, coram cunctis qui aderant de omnibus, ut supra dictum est, fecit Sanctæ-Trinitati, cunctisque in hoc loco Domino servientibus et monachis donationem, spondens se de omnibus ibidem exsurgendis calumniis, cuncta nobis, ut jam dicta sunt, acquisiturum fore. Actum est hoc anno Verbi incar-

nati MLXXXVI, referente omnia, ut supradicta sunt, Fulcherio de Turre rogatu et admonitione ejusdem Turpini, presentibus his : ipso Fromundo Turpino, Alberico fratre ejus, Andrea filio Stephani, Giraldo Hardillono homine ejusdem Turpini, Mainardo de Pomerolis, Isembardo Bardulo juniore nepote Isembardi senioris, Matheo filio Griponis, Hamelino canonico, Bernaldo homine ejus, Petro filio Letaldi, Guarino filio [1].

Sources. Mss. Phillips, n° 17712, f. 1 *v°*, extrait du *Cartulaire*, n° 905, ancien 828. — Mss. 17049, f. 709. — Mss. 13820, f. 198. — Mss. 12700, f. 276 *v°*. — Baluze, 47, f. 256, et 139, f. 246. — Housseau, n° 1086, avec renvoi au f. 282 *v°* du *Cartulaire* (c'est le mss. Phillips 17712), et n° 1087 avec renvoi au fol. 179 *v°*. — La charte est, en effet, inscrite avec le même incipit au n° CCCCLXIX.

CCCXXIX.

DE RECUPERATIONE ECCLESIÆ SANCTI BEATI.

19 décembre 1086.

Raoul de Beaugency conduisit le corps de son fidèle Landri Malesherbes pour être enseveli à Vendôme. Et en reconnaissance des funérailles solennelles que lui firent les moines, il leur donna l'église de Saint-Bienheuré avec le cimetière, à charge de nourrir et de vêtir un pauvre.

Nutu Dei universa regentis accidit quemdam militem nomine Landricum, Malas Herbas cognominatum, olim apud Balgentiacum mori, qui valde familiaris et amicus

1. La charte ne semble pas complète, le feuillet qui devait faire suite dans le *Cartulaire* est perdu.

erat Radulfi, Lancelini filii; cujus morte Radulfus ipse non parum mœstificatus, cum suis arreptum ad tumulandum huc attulit corpus, promittens inde nobis multum fore melius, si reverenter illud sepulturæ traderemus. Facto autem in crastinum diluculo, consilio cum suis inito, in capitulum nostrum venit, donavitque nobis et perpetualiter habendum concessit totum illud dominium, quod ecclesia Sancti-Beati tenebat, jure irrefragabili[1], videlicet integre cimeterium, festumque cum omnibus ad eum pertinentibus, statimque de hoc facto literarum testamento, presentialiter coram se et omnibus qui in capitulo aderant, legere fecerit. Hoc vero tali pacto tribuit, ut in eleemosyna monasterii hujus Sanctæ-Trinitatis pauper unus pascatur perpetualiter atque vestiatur, pro anima supradicti defuncti Landrici fidelis et amici sui. Actum est hoc anno Verbi incarnati MLXXXVI, XIIII kal. januarii, prout viderunt et audierunt testes subscripti : Radulfus ipse, Odo Malas Herbas frater defuncti, Fulcherius de Turre, Wlgrinus filius Ingelbaldi Britonis, Gervasius filius Lancelini, Petrus

1. L'église de Saint-Bienheuré, donnée une première fois à l'abbaye, vers 1040, par la comtesse Agnès (Voir la charte XXII) qui l'avait achetée de Lancelin de Beaugency, avait été reprise par les fils de ce dernier, en même temps que l'église de Saint-Jean de Châteaudun. Raoul, dans cette charte, proclame qu'il la possédait légitimement « jure irrefragabili ». Toujours est-il que les moines de Vendôme n'ont jamais réclamé contre la dépossession réelle de cette dernière, et n'ont jamais fait valoir les titres qui constataient la donation primitive de ces deux églises de Saint-Jean et de Saint-Bienheuré, confirmées dans les bulles des papes Clément II, Victor II et Nicolas II ; et si par l'acte ci-dessus ils recouvrèrent pour toujours l'église de Saint-Bienheuré, ils ne troublèrent jamais les religieux de Marmoutier dans la paisible possession de l'église Saint-Jean de Châteaudun. La charte LX du *Cartulaire Dunois* nous apprend en effet que le même Raoul de Beaugency donna à Saint-Martin et à ses moines, cette église qui était bien réellement de son fief : « erat enim ipsa ecclesia... de fevo ejus ».

Chotardus, Bodellus frater ejus, nepos Lancelini de Balgentiaco, Tetbaldus filius Leterii, Hugo filius Salomonis.

Sources. Baluze, 47, f. 240 *v°*, avec indication du fol. 172 du *Cartulaire* ; et 139, f. 246. — *Cartulaire de la Trinité*, n° ccccxlix. — Mss. 13820, f. 299 et 342. — Publiée dans le 4e vol. de nos *Etudes et Documents*, p. 37.

CCCXXX.

CALUMNIA DE BOISSELLO.

29 juin 1087.

Nivelon II de Freteval, fils de Foucher, revendiquait la terre de Boisseau. Pour obtenir la paix, la Trinité lui donna 7 livres dunoises, à la condition qu'il en serait désormais le protecteur; ce qu'il promit, du consentement de sa femme Eustachie, d'Hamelin, son frère, et de ses sœurs.

Legitur quod per ambitionis invidiam et per multimodas ejus nocendi artes egredientes ab ea, primum mortem orbe ruituro illatam ; unde est illud : Invidia diaboli mors introivit in orbem terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parte ejus, et quia necesse est imitatores esse, consequens est ut in ultione cum eo divina pariter participentur. Quod non expavescens Nivelo Fracte Vallis [1], filius Fulcherii, majoris Nivelonis filii, sed abrute nobis

1. 1087. Cette année paraît un chevalier, nommé Girard de Freteval, auprès de Foulques, comte d'Anjou : « Fulco junior comes Andegavorum, revertens ab incendio legionis, pessimam ægritudinem incurrit, fame pene totam terram opprimente anno MLXXXVII et xvii anno regni ejus... Testes... Girardus de Fracto-Valle. » (Housseau, n° 897.)

calumnians terras de Buissello, terram etiam de villa que Nolon nuncupatur, dicens se rectum in illis habere. Pro qua causa sedandi calumpnia dedimus ei septem libras nummorum Dunensium inforcensium, quas gratanter accipiens, non solum terras illas, verum etiam quecumque Sancte-Trinitatis monasterio Vindocini, cum totis appenditiis suis, pertinent, se bene servandum et quasi sua tuendum firmiter promisit[1]. Hec autem calumpnie sedatio facta est apud castrum quod Monstigniacus dicitur, III° kalendas julii, die festi sanctorum Petri et Pauli, annuente cum ipso Nivelone, fratre ejus Hamelino, Comitissa uxore ejus Eustachia, item alia comitissa sorore ejus, atque altera sorore ejus nomine Hildeburgis, tertia Pagana et filia Guanilonis nomine Agnes. Cum his etiam simul et hi testes fuerunt : Rotrocus Hugoni Capelli frater, Ansaldus filius Alcherii de Melanio, Fulcherius de Fonte, Franciscus prefectus Nivelonis, Gosfridus major, Ingelbaldus monachus, Rainaldus monachus, Mainardus monachus, Goscelinus famulus, Berno famulus. Actum est hoc anno M° incarnati Verbi LXXXVII.

Sources. *Cartulaire de la Trinité,* fol. préliminaire, n° 3. — Mss. 4263, f. 53 « Ex Cartulario, n° 3, p. 2. » — Baluze, 47, f. 283 *v°*. — Gaignières, mss. 5419, f. 14. — Duchesne, mss. 22, f. 245.

1. Gaignières résume ainsi ce passage : « Nos licet in terris illis rectitudinem habere non ignoraremus, dedimus ei VII libras denariorum dunensium, tali conditione ne ipse deinceps, vel ejus progenies in obedientiam de Bussello calumpniam faceret, sed custodiret, ad utilitatem monasterii Vindocinensis confirmaret. » Remarquons ici une fois pour toutes que Gaignières dans ce mss. 5419 ne donne que des copies ou des fragments pris sur les titres originaux, conservés aux archives de la Trinité, et non sur le *Cartulaire,* qu'il semble n'avoir pas eu entre les mains.

CCCXXXI.

DE SANCTO SATURNINO.

Novembre 1088.

Amat, légat du Saint-Siège, ne pouvant terminer dans le concile de Saintes le débat pendant entre les moines de Charroux et de Vendôme, à propos de l'église Saint-Saturnin, les convoque à un plaid public à Angers. L'abbé Bernon, accablé de vieillesse, s'y rendit avec plusieurs religieux; l'abbé de Charroux fit défaut et n'envoya qu'un moine.

In concilio Sanctonensi, (quod) sub domno Amato, sancte Romane ecclesie tunc temporis legato, adunatum fuit anno Domini MLXXXVIII, mense novembri, clamorem fecerunt Carrofenses monachi de monachis Vindocinensibus, conquerentes quod ecclesiam Sancti-Saturnini, sitam in pago Andegavensi[1], eis auferrent. Ad quorum

1. Jean Cueillette, prieur de Saint-Saturnin-sur-Loire, recevait le 22 novembre 1458, l'aveu de « Pierre Tillon, écuyer, seigneur de Varenne et de la Gueschonnière, pour son hostel de la Gueschonnière, justice moyenne et basse... pour raison desquels je vous doibs et suis tenu payer un cheval de service à muance d'homme et de sieur, quand le cas y echet, et vous doit pleige, gage et obéissance. »

Le cellerier de Vendôme eut quelque temps la jouissance des revenus de ce prieuré, et le donnait à ferme, en 1592, à René Yvain, en 1613, à Sanson Roday, qui le recevait de Charles Lemareux, cellerier.

Mais en 1638 le prieuré était en commande et le titulaire était Vincent Vaugirault, prêtre ; après lui, nous trouvons René Bitault, prieur, 1629 1634, qui affermait plusieurs terres à Jacques Rogeron, juge et garde au mesuraige d'Angers, seigneur de la Groye ; puis « noble et disert messire Guy Louis, abbé de Vaux, 1655 », et enfin, en 1688, monseigneur Guillaume de la Brunetière, évêque de Saintes, et en 1705, maître Guy de la Brunetière, sans doute parent du pieux évêque de Saintes, mort le 2 mai 1702. (*Titres des Archives de Loir-et-Cher*).

clamorem responderunt quidam de monachis Vindocinensibus qui concilio intererant, quod ecclesiam ipsam per XL annos et amplius sine calumnia cujusquam legali tenuerant. Eorum tamen responsioni legatus idem non acquiescens, constituit, audiente concilio, ut utriusque partis abbates et monachi ante venerabilis memorie Goffridum Andegavensem eo tempore presulem venirent, ibique per manum ipsius inter utramque partem, diverse contentionis ecclesiastico lis illa diffineretur judicio. Terminum etiam denominavit, videlicet crastinum festivitatis sancti Hilarii, ea insuper preposita conditione, ut si monachi Vindocinenses ad determinatum diem justiciam facere parati non adessent, ipse divinum officium ecclesie calumniate tamdiu interdicebat, donec sæpe dicti Vindocinenses monachi ad justiciam satis inde factam venissent. Hac interminatione audita, fratres de Vindocino qui aderant abbati suo et capitulo retulerunt, consilio accepto, abbatem suum senio licet gravem et corpore debilem venire rogaverunt, et ne pro ejus absentia tantum ecclesie sue accideret detrimentum ad placitum ire quasi coegerunt. Venit tandem abbas, venerunt et monachi, magna licet rerum suarum incommoditate, multa expensa, maxima fidelium et amicorum suorum coadunatione, sicut statutum fuerat, ante dominum Pontificem parati placitare, si adessent contra quos deberent facere. Abbas Carrofensis et monachi defuerunt, excepto uno solo monacho, qui Stephanus dicebatur, qui non placitum, sed excusationem abbatis sui, nec satis convenientem, nec tempore congruo prolatam, ipso die termini quo placitum debuerat definiri, auribus omnium eorum qui ad judicium convenerant insperate et non sine admiratione intulit. Hoc audito, abbas Vindocini, consilio cum suis habito, respondit se placitandi paratum esse, nec ullum responsum ulterius dare,

maxime quia postulatus non esset opportune. Hujus rei testes extiterunt multi nobiles tam clericorum quam laicorum persone, de quorum nominibus aliqua curavimus subnotare.

Goffridus, Andecavensis episcopus, Goffridus de Meduana, Clarembaldus, Stephanus telonearius episcopi, abbas noster Berno, Radulfus monachus, Frodmundus monachus[1], Clarus monachus, Wido filius Ebrardi, Hildricus monetarius, Petrus de Lutedio, abbas Giraldus Sancti-Albini, Wlgrinus monachus, Bernerius monachus, Raynaldus Bellatesta. De familia nostra : Herveus filius Aucherii, Gualterius Tenellus, Goffridus de Tauriaco, Gislotus, Harduinus, abbas Achardus Sancti-Sergii, Ingelbaldus monachus, Goffridus archidiaconus Sanctonensis cognominatus, Marbordus archidiaconus, Goffridus Martinus, Hugo de Sancto-Laudo, Hubertus, decanus Belgiaci.

Sources. Mss. Phillips, 25058, f. 139 : « Ex Tabulario Vindoc., f. VIII^XX^XVII », ch. CCCCLXIV. — Baluze, 139, f. 246. — Duchesne, 22. — Housseau, n° 10874. — D. Verninac. — Citée par le mss. 12700, f. 262 *v°*.

CCCXXXII.

ITEM DE EADEM RE, QUOMODO CONCESSIT GUILLELMUS, QUI COGNOMINATUS EST BUCELLUS.

1089.

Non multo post... Res ita adeo solemniter facta est, ut

1. Est-ce là ce Fromond dont nous lisons l'obit dans le Nécrologe de Juziers : « II nonas aprilis. Obiit Fromundus laicus monachus sancte Trinitatis Vindocini. » (Mss. 1038, f. 63 v° de la Bibl. de Chartres.)

centum ferme monachi, qui in choro erant, et multi laici, qui in presbyterio consistebant, viderint et audierint... Actum Vindocini MLXXXVIII, indictione XII.

SOURCE. D. Verninac, mss. 394, tome III, f. 241 (Bibliothèque d'Orléans), avec renvoi à la charte CCCCLX du *Cartulaire*. — D'après le titre de cette charte que nous reproduisons, Guillaume confirma le don d'une terre fait par Gervais, fils de Gilduin, énoncé dans la charte précédente CCCCLIX dont voici le titre : « De terra quod Gervasius dedit pro filio suo Gilduino apud Buxedelli..... Miles quidam. »

CCCXXXIII.

DE DECIMA DE FONTANIS.

1087-1090.

Les religieux de Marmoutier nous disputaient la dîme de Fontaines. Les juges ordonnèrent un duel. Au jour fixé, ceux de Marmoutier amenèrent un homme gagé ; reconnu, on leur permit d'en amener un autre ; ils présentèrent un nommé Léald ; mais, au moment du combat, ils reconnurent leur injustice.

Notum omnibus esse volumus quod inter nos, videlicet Vindocinenses monachos et monachos ut dicitur Majoris Monasterii, altercatio olim extiterit, pro decima cujusdam terræ nostræ ad parochiam de Fontanis[1] pertinente. Fratres isti, cum canonica instituta sibi prodesse diffiderent, (tenueramus enim decimam illam per XXX annos et

1. Le mss. 13820 écrit « Parrochia de Pesosto ». C'est peut-être Fontaine près Pezou.

amplius omnino quietam), comitissam [1] (nam comes captus erat [2]) et Wlgrinum, qui ex parte vices illius gerebat, aliosque Vindocini barones adierunt, et prece et precio obtinuerunt, apud eos, ut nos cogerent super hoc placitari. In quo placito controversia acta est, quia manifesta lege duelli per homines de nostra et eorum familia, qui nunquam tamen hoc experti fuissent, finiendum esse judicaverunt. Sed cum predicti fratres hujusmodi hominem adducere debuerint, adduxerunt hominem, quem conductitium, et in tali negotio omnibus venalem, quem Vindocini recognoverunt. Quo recognito, statim causam suam amitterent, nisi de integritate justitiæ nostræ consilii eis concederemus, ut alium si vellent adducerent. Adduxerunt itaque Lealdum satis presbiteri famulum et legalem, qui cum ante reliquias juraturus astitisset, et nos ex alia parte nostrum hominem paratum haberemus, jam diutius expectantem, cum quo pugnare deberet, monachi Sancti-Martini injustitiam suam non ignorantes, a lege quam ceperant penitus defecerunt, et quam nobis intulerant quietam clamaverunt.

Sources. Decamps, 103, f. 148. — Mss. 12700, f. 726 *v°*. — Mss. 13820, f. 332 *v°*. — *Cartulaire de la Trinité,* n° CCCCLXXXVIII *ter*.

1. La comtesse Euphronie.

2. Geoffroy de Preuilly fut prisonnier, de 1087 à 1090, de Lancelin de Beaugency.

La querelle entre Marmoutier et la Trinité de Vendôme se poursuivit longtemps et prit des proportions fâcheuses et peu honorables pour Marmoutier. Voir à ce sujet les lettres de l'abbé Geoffroy, 21, 22 et 26, du livre II.

CCCXXXIV.

DE SAVIGNIACO.

2 août 1090.

Geoffroy de Preuilly, prisonnier de Lancelin de Beaugency, fit venir à lui trois de ses chevaliers et leur confia la mission de faire connaître à son épouse Eufronie le projet qu'il avait depuis longtemps formé de donner à la Trinité l'église de Savigny. Celle-ci s'empressa d'exécuter ce désir, et y ajouta même la Chapelle-Huon. Après sa délivrance, le comte et la comtesse renouvelèrent cette donation.

Cognitum sit nostris contemporaneis hominibus et venturis Vindocini, consulem Goffridum Pruillacensem nomine, adepto consulatu, in animo suo cogitasse ut de suo patrimonio ad Pruillaci honorem pertinente, Sanctæ-Trinitatis Vindocinensi monasterio tribueret et monachis eodem loco manentibus. Hoc donum quibusdam suis privatim declaravit, Gaufrido scilicet Etheldis filio et Isemberto de Curiaco[1]. Hoc autem non ex toto patrato, quo omine nescimus, captus est a Lancelino de Balgenciaco[2]. Ipse vero quamvis multis oppressus angustiis, non immemor sue bone voluntatis, quibusdam suis mandavit, ut ad eum pergerent, id est Chotardo Budello, Guillermo quoque de Sancto-Martino[3] et supradicto Goffrido, illisque sue mentis arcanum iterum declaravit dicens ut revertentes suæ uxori dicerent[4], ut pro redemptione animarum sua-

1. *Curciaco.*
2. Il fut prisonnier de 1087 à 1090.
3. *Sancto-Marino.*
4. *Detexit, exoravitque ut illud uxori suæ referrent.*

rum atque animæ patris et matris suæ, et omnium filiorum filiarumque suarum, nec non pro sui corporis liberatione, ipsa in capitulum Sanctæ-Trinitatis pergens, de Savignei ecclesia, cum sepultura et integro presbyterio[1], donum faceret abbati Bernoni et cunctis monachis videntibus. Uxor vero omnia libens quæ ei mandaverat, quamvis de dote sua essent, complevit, posito super altare quodam cultello, quem abbas ejusdem loci propria manu accepit, præbens etiam ex sua parte capellam Hueli de Guastina, cum omni decima et sepultura, et cum integro presbiterio. Dedit etiam conveniens inhabitaculum monachi, et terram unde vivere potest, et hoc cum hospitalibus circa ecclesiam manentibus, in quibus hospites ad se convenientes monachus hospitari potuisset. Hujus rei testes habemus quorum nomina hic subscripta habentur : ipsa comitissa Euphronia, quæ donum fecit, Goffridus filius Ecteldis, Gosbertus frater ejus, Isembertus de Curiaco, Hubertus Rufus, Radulfus filius Albuini, Gandacrius, Fulcradus de

1. Parmi les dépendances du prieuré de Savigny, signalons la terre de Glatigny. En 1539, aveu au duc de Vendôme par Yves Bordier, prêtre chapelain de la chapelle de Saint-Jean de Glatigny, fondée en la chapelle de Saint-Callais, pour le fief et domaine de Glatigny, à Savigny, redevable de 24 boisseaux de froment à l'abbaye de Vendôme. En 1598, Gilles de Ronsard, escuier, sieur de Glatigny, prend à ferme la dîme de Glatigny pour 2 septiers de froment, à 12 boisseaux le septier.

En 1699, une sentence des Grands-Jours de Vendôme condamnait Samuel de Ronsard, prêtre, docteur en Sorbonne, prieur du prieuré de Glatigny, à payer ladite rente à l'abbaye de Vendôme à la mesure de Savigny. Cette mesure était plus grande que celle de l'abbaye, 12 boisseaux de Savigny en faisaient 29 de Vendôme.

Le dernier prieur de Glatigny fut Jean Brunet, chanoine de la première prébende du chapitre de l'église collégiale et paroissiale de Saint-Benoît de Paris, qui donna son prieuré à ferme pour 300 livres. (*Titres aux Archives de Loir-et-Cher*).

Cella, Hamdemarus, Allonnus, Guillelmus de Sancta-Maura, Radulphus de Fontenellis, Guillermus Michinus, Guiternus de Toarcia, Hubertus Favellus. Testes de secunda donatione Saviniaci : G. comes ipse qui dedit cum uxore sua Euphronia, Galterius Poterinus, Goffredus Lupellus, Arnulphus Tochardus[1], Guillelmus filius Frodonis, Fulchradus filius Joscelini, Sevinus filius Guineberti, Ebrardus filius Drogonis, Odo de Param, Lambertus nepos Vitalis, Rainaldus faber, Rotbertus, Galterius filius Morelli, Otgerius clericus, Lambertus clericus, Landricus de Bollon, Fulcherius prepositus, Albericus prepositus, Fulcaldus armiger Pagani, Guitbertus de Rupe. Actum est apud Savigniacum, quando ipsam ecclesiam tradidit comes Goffridus, qui dictus est Jordanus, cum uxore sua Eufronia domino Bernoni abbati, et monachis Sanctæ-Trinitatis, anno MXC dominicæ incarnationis, die festivitatis sancti Stephani papæ et martyris. Hoc deinceps concedente et annuente Hoello, Cenomanensi episcopo, qui propter hoc et alia plurima bona quæ monasterio nostro contulit, anniversarium, cum hoc sæculo migraret, habere promeruerit.

Sources. Housseau, n° 911, « Ex cartulario Vindocinensi, fol. 207 *v°* ». — Baluze, 47, f. 279 *v°*, et 139, f. 248. — Decamps, 103, f. 154. — Mss. 17049, f. 714. — Mss. 12780, f. 278. — Mss. 13820, f. 311. — D. Verninac, mss. 394, f. 241. — *Cartulaire de la Trinité*, n° DXXXVI, f. II[c] VII.

1. *Thocardus*.

CCCXXXV.

DE CAPELLA ANSCHERII, NOTICIA DE DONO GARNALDI DE CHARISMOTH ET MATRIS SUE ODELINE FILIORUMQUE EJUS.

18 avril 1091.

Garnauld, fils d'Hilgod de Charismot, et sa mère Adeline donnent à la Trinité toutes ses terres de la Chapelle-Enchérie.

I. — Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris loci hujus Sancte-Trinitatis habitatoribus Garnaldum, filium Hilgodi de Charismoth, cum matre sua Odelina, dedisse huic loco Sancte-Trinitatis Vindocini et monachis in eodem loco Deo servientibus omnem terram alodiorum suorum quæ habebat ad Capellam-Anscherici et ad Campum-Planum... in audientia Ivonis episcopi Carnotensis eodem anno ordinati... Gualterius Buamons[1] et Hainricus, filii prefate Odeline, uterque canonicus, unus Sancte-Crucis Aurelianensis, alter Sancti-Martini Turonensis... Promiserunt monachis quamdam puellam prefate Odeline filiam, supradicti Garnaldi germanam, in cœnobio Sancte-Marie Sanctonice urbis mittere, donantes ex propria monasterii (Vindocinensis) pecunia monialibus, quantum cum eisdem concordare atque perficere possent... (*Continet tres columnas integras*)... Testes Ivo Carnotensis episcopus[2], Rotbertus archidiaconus, Fulco archidiaconus et medicus,

1. *Buamontis.*
2. L'abbé Souchet, dans son *Histoire de Chartres,* II, p. 308, s'appuie sur ce titre pour prouver que l'évêque fut sacré en 1090 (le 24 novembre) et non en 1092 : « Il se trouve dans le *Cartulaire de Vendôme,* etc.

Arnaldus canonicus[1] et subdecanus, Guillelmus canonicus filius Simonis de Monte Forti... (*Plures archidiaconi et canonici multo plures quos describere piget*)... Actum Vindocino, coram prefato Yvone venerabili pontifice, juxta capud ecclesie Sancte-Trinitatis, anno dominicæ incarnationis MXCI, indictione XIIII, feria VI ebdomadæ paschalis, XIIII kalendas maii.

Sources. Mss. Phillipps, n° 25058 : « Extabulario Vindocinensi, f. VIII^{XX}XIX *v°*, ch. CCCCLXX. » — Elle est en effet indiquée sous ce numéro dans l'index du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 146. — Baluze, 47, f. 268. — Duchesne, mss. 22.

II. — Bernone abbate Vindocinensi, et Yvone episcopo Carnotensi, anno MXCI, XIV kalendas maii, Garnaldus de Charismonte, filius Hilgodi, dedit Vindocinensi monasterio possessiones notabiles, in parrochia Capellæ Ancherisii, et hortum inter flumen Lædi et murum monasterii Vindocinensis, etc., ea conditione, ut ejus sororem apud Sanctæ Mariæ Xantonensis monasterium monachi Vindocinenses facerent admitti, et pro ejus receptione concordarent cum monialibus (*Vides hic morem seu corruptelam non recentem*). Vice abbatis recepit hanc conventionem Yvo episcopus juxta caput ecclesiæ monasterii, infra cemeterium monachorum.

Source. Mss. 13820, f. 342 *v°* et 398 *v°*.

1. Cet Arnault, qui fut plus tard doyen du chapitre de Chartres, « Arnaldus decanus Carnotensis », fut moine à Vendôme, mais ne put y rester et revint à Chartres, comme le prouve une lettre de l'abbé Geoffroy :

« Domnus Ernaldus, quem decanum vestrum dicitis, si sibi secundum justitiam placuisset, potius in nostra quam in vestra sorte manere debuisset. »

CCCXXXVI.

DONUM ADELELDIS.

30 juin 1091.

Adèle, en prévision de sa mort, dépose sur l'autel un vase précieux en or.

Anno ab incarnatione MXCI, die festi Sanctæ-Trinitatis, Adeleldis dragniculam auream eidem loco ob obitum suum devoverat dare; propter auctoramentum concessionis suæ misit ipsam dragniculam[1], super altare Sanctæ-Trinitatis, II cal. julii, indictione XIV[2].

Sources. Housseau, n° 10879, avec renvoi au f. 191 v° du *Cartulaire*. — D. Verninac, mss. 394, t. 3, f. 241.

CCCXXXVII.

NOTITIA DE DOMO RADULFI, FILII MATHEI.

1091.

Raoul, fils de Mathieu, et sa femme Hildegarde confirment le

1. *Agniculam*. Verninac.
2. Dans un autre extrait, n° 10876, Housseau donne la note suivante : « Dans une notice de 1091, il est fait mention de Gosfridus qui dictus est Jordanus. » Cette charte, que nous n'avons pas, était inscrite au fol. 167 *r°* du *Cartulaire*. Au *v°* du même feuillet, se trouvait une autre charte dont Baluze donne l'extrait suivant : « Adelelmus Parchuinus et filius ejus eo cognomine quo et pater nuncupatus. » Baluze, 47, fol. 269 *v°*.

don fait par Adèle et son frère Odon religieux, et par le neveu de ce dernier, Archembaud.

Omnes hujus loci... Radulfus filius Mathei et uxor sua Hildegardis annuerumt donum ecclesiæ Busselli, et omnium quæ Adeleldis et Archembaldus nepos Odonis concesserunt. — Uxor Radulfi filia Adeleldis, eorum filius Archembaldus, et filia Cecilia... annuerunt, quibus infantibus dedit Willelmus monachus calceolos de Corduano, pro concessione. Adeleldis, mater Hildegardis. — Anno MXCI.

Sources. Baluze, 47, fol. 267. — Decamps, 103, f. 149. *Cartulaire de la Trinité*, n° dix.

CCCXXXVIII.

DE HERBERTO PREPOSITO CAVIRIACI.

1085-1092.

Herbert de Cheviré reconnaît à la Trinité toutes les donations faites par son père et par le comte Geoffroy, et en témoignage dépose sur l'autel de Saint-Médard le livre des évangiles.

Sciendum est posteris nostris monachis videlicet Sancte-Trinitatis Vindocinensis cenobii, quod Herbertus de Caviriaco dimisit nobis totum quietum, quidquid calumniabatur in ejusdem ville territorio. Cujus rei gratia Berno tunc temporis noster abbas eum revestivit ibidem de beneficio cum textu evangelii. Ipse autem Herbertus, accipiens eumdem textum obtulit, supra altare Sancti-Medardi [1],

1. Le revenu du prieuré de Saint-Médard de Cheviré-le-Rouge

faciens donum gratuito de omnibus quecumque pater suus et Goffridus comes nobis dederunt, concedente uxore sua et infantibus suis. Post oblacionem vero devenit homo abbatis, et ipse abbas dedit ei in recognitione viginti solidos denariorum. Hujus rei testes : Ingelbaldus monachus, Hugo Largus monachus. De familia : Stabilis, Arnaldus prepositus, Humbertus, Goharius famulus abbatis, Lisoius

(canton de Beaugé, Maine-et-Loire), était évalué à 1,200 livres au commencement du XVIII[e] siècle.

Voici les noms de quelques prieurs dans les quatre derniers siècles :

Olivier Henri, 1410 ; — Jean Touchard, 1444 ; il fit accord avec Jean, curé de Cheviré, pour les dîmes de la paroisse, auquel Pierre de Maligne, escuyer, seigneur de Maligne, avait donné les dîmes qu'il possédait sur le territoire de Cheviré, et spécialement sur la métairie des Essars, en 1433 ; — André le Peletier, 1469 ; — Jacques Borde, qui était également prieur de l'Evière d'Angers, en 1495 ; — Philippon Maillard, 1498 ; il signa un accord avec Josselin de Bigne, écuyer, seigneur du Pin, de La Vau et de La Brinière ; — Mathieu Greffier, qui eut pour successeur en 1504 Gilles de Jarnay ; celui-ci reçut le testament de Laurent Caille, curé de Cheviré, en 1516, et fit réparer son prieuré en 1517 ; — Pierre Sublet, sieur de Romilly, prieur en 1653 ; — Quentin, prieur commendataire en 1712.

Le prieur devait payer chaque année 3 livres 14 sols au chambrier de l'abbaye, et 3 livres 4 sols au cellerier. En 1388, une mine de mouture sur le moulin du Breuil avait été donnée au prieur par maître Jean de La Porte, héritier de Perrine de Domaige, femme de maître Guillaume de Vendel, chevalier.

Le prieuré possédait encore la seigneurie de Cheviré, en vertu de l'acte de fondation de l'an 1040 et de la coutume ; et à ce titre il avait « maison forte, moulins, fours bannaux, justice haute, moyenne et basse, droit de pilier, carcan et fourches patibulaires ». Ce droit lui fut contesté par Renée de Bource, dame de Jarzé, messire Pierre de Domaige (*alias* Dommagné), chevalier, sieur de La Rochehus, et messire Mathurin de Montalais, chevalier, sieur de Chambellais, qui furent déboutés de leurs prétentions par arrêt du Parlement, de l'année 1625. Le prieur avait encore la seigneurie de Haye de Clef, et en 1486, messire Jehan Bourre, chevalier, seigneur du Plessis-Borre et de Jarzé, conseiller du roi, trésorier de France, lui en fit offrir hommage simple. (*Titres aux Archives de Loir-et-Cher*).

vitrearius, Johannes de Vallibus, Burchardus filius Fulberti thelonearii de Vindocino.

Sources. Archives départementales de Loir-et-Cher : « Collation faite aux originaulx par Jean Gillet, presbtre, curé de Savigné en Anjou... le 22 septembre 1476 ». — *Cartulaire de la Trinité,* n° CCCCLXVI.

CCCXXXIX.

DE REDITIBUS ANNUALIBUS.

XI^e^ siècle.

Listes des personnes chargées d'une rente envers les religieux.

Giraldus Fullerotus.	viij	boisselli.
Guarinus Querculus.	xx	—
Arnaldus Loupes.	j	—
Gilbertus Longue.	j	—
Constatinus de Ductis. . . .	j	—
Guillelmus sutor.	j	—
Magnardus de Molgen. . . .	viij	—
Hamaldus.	ij	—
Rogerius.	j	—
Otbertus.	j	—
Bernardus.	xij	—
Stephanus.	vj	—
Herbertus.	ij	—
Hubertus.	xij	—
Maria.	xviij	—
Rotbertus Villanus.	ij	—
Bertrannus	j	—
Frado Robustus.	j	—

Johannes Malesuxisti. . . .	ij	boisselli.
Fulcherius.	ij	modii et dimid.
Giraldus Balbulus.	iiij	—
Dumco (?).	v	—
Guillelmus Radulfus cum suis consanguineis.	vij	modii.
Raimbaldus.	xx	sextaria.
Archembaldus gener ejus. . .	j	modii.
Constantinus Herveus. . . .	xij	sextaria.
Mainardus Rigaldus.	vj	—
Frogerius Clavellus.	xx	—
David.	xx	—
Rainaldus presbiter.	xviij	—
Giraldus Eques.	viiij	—
Giraldus de Marenriis. . . .	xxiiij	—
Johannes de Thalamonte. . .	viiij	—
Gumbaldus de Brachia. . . .	xij	—
Rainaldus Ingrandis.	viiij	—
Girbertus medicus.	v	—
Giraldus Serineus	viij	—
Guillelmus Rigaldus.	viij	—
Tetberga.	ij	modii et dimid.
Benedictus de Sancta-Maria. .	xx	sextaria.
Arnaldus.	xxx	—
Benedictus Arripiens.	j	modium.
Benedictus de Siceto.. . . .	j	—
Radulfus Tendo.	xxiij	sextaria.
Ingelbertus.	iij	minatas.
Babilnius Lorepes.	iij	minatas.
Giraldus Bubulcus.	ij	sext. et min.
Bernardus Messor.	ij	—
Odosnius Texor.	iij	minatas.
Constans de Spina.	iij	—

Andreas Raimbaldus.	viiij	minatas.
Guillelmus Hagaudus. . . .	j	—
Gaufredus Dagumardus. . . .	j	sextaria.
Bertinus.	xij	—
Petrus Babilmus.	j	minatas.
Bertrandus Eques.	v	sextaria.
Arduinus Orbus.	ij	sextaria.
Joscelinus Gorretus.	xij	—
Martinus Claudus.	j	—
Bernardus.	j	—
Andreas Minutellus.	j	—
Mater Uniti.	ij	—
Joscelinus presbiter alvis. . .	x	—
Tuita.	v	—
Giraldus barba.	iiij	—
Arsuius (?).	iij	—
Rainaldus de Cruce.	ij	—
Stephanus Talcas	j	—
Arnulfus Mimo.	j	minatas.
Guillelmus Aucupes.	j	—
Aldierus.	j	—
Rotbertus Taxellus.	j	—
Fulcherius Rufellus.	iij	sextaria.
Durandus Butastar.	xij	—
Giraldus Sutor.	iij	—
Guillelmus Mulnerius. . . .	j	—
Hademarus Penno.	iiij	—
Constantinus monachalis. . .	xij	—
Giraldus Gammo.	xij	—
Hamericus carpentarius. . . .	viij	—
Johannes Aucupes.	xviij	—
Adam Salmarius.	iij	—
Girbertus Robustus.	iij	—

Ademarus Ingulaventa. . . .	j	minatas.
Constans Unasconellus. . . .	iij	—
Girardus de Salicella. . . .	iij	—
Rainaldus Adelelmus. . . .	xv	—
Boso Truzo	ij	—
Humbertus Porcirensis. . . .	xx	—
Johannes Paratus	ij	—
Mainardus Cautus	xij	—
Johannes Bergeratus	xij	—
Axcudis	viij	—
Constans Alba-Barba. . . .	viiij	—
Constantinus Calva-Lutum . . .	iij	—
Guarnerius Rufus	iiij	—

Source. Archives départementales de Loir-et-Cher, copie de 1476, donnée à la suite de la charte précédente et de deux autres pièces, toutes relatives au prieuré de Cheviré-le-Rouge.

CCCXL.

AUCTORAMENTUM RADULFI VEL NOTITIA DE COLUMBARIIS.

1092.

Bertrand nous disputait la terre de Coulommiers que Robert de Moncontour, son père, nous avait donnée, et il avait gagné Geoffroy Jourdain à sa cause, quand celui-ci fut fait prisonnier par Lancelin de Beaugency. Il reconnut alors sa faute et promit de garantir pour toujours cette propriété à l'abbaye de Vendôme. Bertrand se soumit. Mais Raoul de Beaugency fut d'abord irrité de n'avoir pas été consulté, et s'empara de Coulommiers; mais, repentant bientôt, il la rendit à la Trinité et confirma tous ses privilèges.

Sciendum successoribus nostris ac tenaci memoria reti-

nendum quod postquam Columbarios Robertus de Montecontorio nobis concessit, annuente Lancelino de Balgentiaco, cum filio Radulpho, de quibus tenebat, et quorum erat alodium, Bertrannus predicti Rotberti filius, licet injuste, donum idem patris sui calumniatus est nobis ; sed cum propriis viribus omnino nobis jam dictum donum auferre nequiret, apud Sanctonicum, quo magis quam hic poterat auferendo res nostras, multas nobis irrogavit injurias ; et sepius querimoniam Goffrido Jordano comiti, qui tunc Vindocinensem regebat honorem, de nobis faciens, plurimorum baronum castri hujus auxilio suffultus, eumdem comitem erga se magis quam erga nos ex hoc pendere fecit. Denique accidit, nescimus qua Dei providentia, ut idem comes G. in manus predicti decideret Lancelini, qui mittens eum in carcerem velut inimicum immaniter tractare cepit. De quo cum quereret solvi [1], in ipsa solutione sua, sub sacramento, cogente Lancelino, cum filio suo R., coram ipsis multisque testibus, juravit ut Columbarios villam, prout nobis Rotbertus predictus eisdem annuentibus dederat, de Bertranni calumnia liberam redderet et contra cunctos mortales eam hujus ecclesie nostre juri defensaret. Qui postquam inde solutus est, pavens sacramentum quod fecerat, predicto jussit Bertranno ut aut nobis quietum jam dictum donum clamaret, aut in curiam domni Lancelini ex hoc nobiscum placitando definiret. Cumque suorum ex hoc amicorum audisset consilium, timens judicio curie totum perdere, jamdictum comitem G. et proceres hujus ville rogavit... [2]...nus abbati monachisque suggererent, ut eum in hominem recipientes,

1. *Absoli ;* mais *ab* est supprimé par deux points souscrits.
2. A partir de ce point, la fin des lignes est déchirée sur une largeur moyenne de 0,04 à 0,05 centim.

feu... ejusdem honoris partes, terciam sibi retinentes, tantum in vita sua sibi... pacto ut post mortem suam sine calumnia cunctorum heredum suorum, in nostrum totum rediret dominium... tatem suam consilio comitis G. baronumque suorum nobiscum, sine assensu R. Lancelini filii, qui tunc p..., definivit. Iratus calumniatus est R. eandem definitionem, et quia suum alodium erat et ab ipso... Rotbertus ante tenuerat, et filius ejus Bertrannus, ut sibi videbatur esse rectum tenere debebat... Columbarios violenter abstulit. Verum non multo post, partim Dei timore coreptus, partim... consilio monitus, recognoscens se non recte circa ecclesiam egisse, coram domno Bernone abbate... chis, testibus istis presentibus subnotatis, predicte ville calumniam in capitulo nostro... nullatenus in eamdem villam contra monachos et Bertrannum aliquam calumniam se illaturum... promisit. Hoc ergo sancte crucis vexillo ✠, manu sua taliter formato, firmavit, ita plane donum... pactumque, quod cum Bertranno pepigeramus, auctorizans, ut quicquid inde monach... hujus ecclesie Sancte-Trinitatis de terra, de nemore, de vineis, de collibertis, et omnibus aliis reditibus... velint, sine alicujus calumnia, terram dare, servosque liberos facere possint. Unde et duos servos filios videlicet.... Galterii cerarii, Lambertum atque Gosmarum, liberos ad presens faciunt, propter molendinum de Olchinava (?)... terram de villa Argenulfi, que vice duorum horum libertorum extra partem, id est sine nobis, Bertrann... in vita sua, quæque non movent de fevo Lancelini, propria tenet, tali tamen pacto, ut post ob... et cetera in nostrum deveniant quieta dominium. Actum anno MXC. II. Verbi incarnati... Testes qui viderunt hec et audierunt : Ipse Radulfus et IIII^{or} milites ejus, Petrus de Thaurciis... Girardus filius Dudene, et Radulfus de Boola, Wlgrinus filius Ingelbaldi Brittonis,

Guill... et duo fratres ejus, Symon et Berardus, Arnulfus Thochardus, Gervasius filius Lancelini, Ra... Nihardus Rufus, Arnulfus Crassus, Gundacrius, Burchardus filius Hugonis Calvi. Buan... Fulco homo Bertranni, Vivencius, Martinus homo Guillelmi, Ulmarus alter homo ejus, Fulcoius talem... de Hospitali, Otgerius pistor, Durandus servitor de Columbariis, Guarinus clericus nepos Const... Guillelmus filius Bernardi Guastalarem, Rotbertus Vaslinus, David coquus, Raimbertus coquus, Xristianus clericus.

Source. Archives départementales de Loir-et-Cher, original en parchemin.

CCCXLI.

DE MOLINIS COMITIS QUI SUNT IN GASTINA.

1092.

Hugues le Chauve, sur le point de mourir, voulut recevoir l'habit monastique, et donna le quart des moulins qu'il possédait entre Gatineaux et les Hermites.

Noverint omnes tam præsentes quam futuri Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis cœnobii habitatores, quod quidam vir oppidi Vindocini[1], Hugo nomine, qui cognominatus est

1. Le mss. Philipps 25058, f. 47, contient sur ce personnage la note suivante : « Hugo, cognomento Calvus, prepotens homo, percelebris gloria... solita commiseratione semper largus egenis, sibi pauper... idus martii anno MXCLVII... anno MLXXXIIII.» Et il ajoute : « Verba sunt Tabularii, f. IIIIˣˣVIII et f. VIIIˣˣV vº, ch. CCCXXVIIII (1084), et f. IXˣˣXI, ch. DVII. » Dans la table du *Cartulaire,* cette charte porte le titre suivant : « De Gosfrido sutore ».

Calvus, veniens ad obitum suum, suscepit habitum monachicum, in eodem cœnobio, dans præfacto loco et monachis inibi Domino servientibus, quartam partem molendinorum, quos habebat de feudo comitis Vindocinensis, qui siti sunt inter villam quæ dicitur Gastinelli [1], et villam Heremitarum [2]. Hanc ejus donationem annuit comes G., qui dictus est Jordanus, insuper et augmentavit, concedens ut monachi in ipsorum molendinorum tertiam partem haberent. Talis quoque interposita fuit convenientia, ut monachi in ipsorum molendinorum fabrica, quidquid de ligno necessarium fuerit reficient, et stagnum similiter totum ex integro cum fuerit necessarium reficient; in molis vero et in ferri factura, tantum mitterent quantum

1. Le prieuré de Saint-Siméon-Stilite de Gastineau (à Chemillé, arrondissement de Cholet, Maine-et-Loire), avait le titre de baronie, et le prieur s'intitulait fièrement « le premier baron d'Anjou, à cause de son fief de Gastineau », 1783. Le revenu du prieuré était évalué à 300 livres. Voici les noms de quelques prieurs que nous avons relevés dans les titres des XVII^e^ et XVIII^e^ siècles : Jehan Hernault, prieur-baron, 1566 ; Pierre Gobert, 1670 ; — Jean d'Auberville-Surgère, prêtre, docteur en Sorbonne, prieur du prieuré et baronie de Gatineau, religieux à Saint-Bénigne de Dijon, 1698 à 1725 ; — Edme Barthelemy Grasset, 1737-1768 ; — Louis Bodineau, prieur et premier baron, 1783-1789.

Parmi les terres dépendant du prieuré, nous trouvons le lieu de la Guionnière, à Chemillé, donné à ferme en 1465 par Richard, cardinal de Constance, abbé de Vendôme, pour un septier de froment, un d'avoine et 2 poules ; le moulin à eau de Gatineau, tenu en 1670 par la demoiselle Cousin, veuve de Pierre du Noyer ; les tenues des Caveures, de la Malassise, de la Guéterie, de la Gantelerie, de la Trignarderie, de l'Aistre, de la Thiercerye ; tout le domaine, avec ses droits féodaux, dîmes, chamports, était affermé en 1643 pour 300 livres, en 1713 pour 420 livres, en 1751 pour 450 livres et en 1768 pour 550 livres. (*Titres aux Archives de Loir-et-Cher*).

2. Une autre « donation des Hermites eut lieu du temps de l'abbé Bernon ». Mss. 12700, f. 262 v°, avec renvoi au f. II^c^XI *r*°, col. 1 du *Cartulaire* qui correspond au n° DXLIII, de l'index : « De Heremitis de Lateio. Multi suadente... »

partitioni competeret. Testes qui hoc viderunt et audierunt, nominatim subscripti sunt : Euphrosina comitissa[1], quæ hoc gratanter auctorizavit, Wlgrinus filius Domitillæ, anno MXCII.

Sources. Mss. 17049, f. 709. — Decamps, 103, f. 149, avec renvoi au f. 191 du *Cartulaire*. — Baluze, 47, f. 268. — *Cartulaire*, n° DVIII.

CCCXLII.

NOTITIA DE DONO GOFFRIDI DE MEDUANA, DE ECCLESIA SANCTI-NICOLAI DE CARCERE.

1092.

Geoffroy de Mayenne, guerrier illustre, fonde au pied de sa forteresse de La Chartre, une église en l'honneur de saint Nicolas, et y place des religieux de la Trinité. Longtemps après, il vint par hasard à Vendôme, et renouvela avec empressement sa première donation.

Cum presentialiter caduca mortalium vita diutius in corpore non queat subsistere, nec posteris verbo tenus transacta perenniter narrare, memoriæ subsequentium melius est insinuare litteris gesta præteriti, ne prorsus eis maneant incognita. Extitit quondam sane prædives homo, nobilis suo tempore, præ multis potentia famosus, nomine Goffridus qui cognomine de Meduana dicebatur. Hic itaque

1. Duchesne, mss. 22, sous la date de 1082, donne la note suivante sur Domitille : « Domitilla et filii ejus Fulcherius et G. Paganus, tempore domni Bernonis, anno 1082, indictione II^a^. » Mais cette date est évidemment fautive, car en 1082, Bernon n'était pas encore abbé ; et, s'il faut lire 1092, l'indiction est XIV, d'ailleurs Bernon ne fut abbé qu'en 1093.

licet sæculari militiæ deditus, quæ seculi sunt ob honorem magnum a progenitoribus sibi relictum, necessario sequeretur ; se tamen illum a cunctorum datore bonorum suscepisse recognoscens, aliquid ejusdem transitorii honoris, pro perpetuo adipiscendo, se daturum Deo delegavit. Perspecto itaque notam exterioris, ut clarum est, quam interioris hominis intuitu, quodam loco castro suo, quod Carcer nuncupatur, contiguo supra Ledi fluminis alveum, decrevit ibidem honorabilem fundare ecclesiam in honore egregii confessoris Christi Nicolai. Cujus juxta votum suum fundaminibus suis jectis, revera Dei gratia inspiratus, quo clarius ordinem monachicum elucere cognovit, illic eam in posterum Deo servientibus nuncupare disposuit, monachis scilicet Sanctæ-Trinitatis cœnobii Vindocinensis. Convocans itaque Odricum, tunc temporis abbatem, et quosdam de monachis ipsius, per quemdam cultellum de præfata ecclesia facit eis donum, mittens illum Vindocino, per eosdem, coram testibus, super altare Trinitatis vice sua ponendum, tali pacto interposito, ut de propriis sumptibus eam ad perfectum usque ipse ædificando deduceret. Sed hoc ex integro deinceps non attendit. Verum longe post casu quodam Vindocinum veniens, donum quod per alium prius miserat, hilariter, juxta quod ait Apostolus : Hilarem datorem diligit Deus, per semetipsum plurimis astantibus renovavit, insuper augens in donum quæcumque suarum rerum daturus ibidem foret a monachis tenenda, prout ipse quieta tenuerat, et quæcumque de suo feuo moverent, ab aliis præfato loco data, vel quocumque modo emere possent. Actum anno MXCII Verbi incarnati, indictione xv. Testes : ipse Gosfridus[1], Hamelinus dapi-

1. Decamps ajoute ici : « Hamelinus filius ejus, et Petrus nutritius ejus. »

fer ejus[1], Parvus[2] de Rupibus, Sevinus de Sancto-Karileffo, Arnulfus de Miletia, Guillelmus filius Hildradi, Hilgodus de Carcere, Aravinus hostiarius, Drogo filius Rainoaldi, Galterius, Hildradus piscator, Bernerius secretarius, Martinus de Ponte, Otgerius, Petrus Gaspallus. Monachi : Galterius cantor, Frotmundus prior, Arnaldus ostiarius, Adelelmus, Frotgerius, Frontinus, Tetbaldus secretarius, et alii plures.

Sources. Baluze, 47, f. 260, avec renvoi au fol. 191 v° du *Cartulaire*, et 139, f. 247. — Mss. de l'abbé Simon, t. 4. — Decamps, 103, f. 149 et 154. — Housseau, n° 10880. — Mss. 13820, f. 297. — *Cartulaire de la Trinité*, n° DX.

CCCXLIII.

BULLA URBANI II DE ECCLESIA CREDONENSI.

24 novembre 1092 ou 1093.

Urbain II, après avoir entendu les plaidoyers des religieux députés par les abbayes de Vendôme et de Saint-Aubin, prononce sa sentence. La Trinité possédera paisiblement l'église de Craon, mais donnera à Saint-Aubin, à son choix, une des trois églises du Mesnil, de Saint-Saturnin ou de Saint-Jean-sur-Loire.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Girardo[3] abbati Sancti-Albini Andecavensis

1. Baluze, 139, f. 283, cite l'extrait suivant d'une charte de 1085 : « Hamelinus dapifer Goffridi de Meduana et uxor ejus Aremburgis filia Hamelini, cognomento Sarpelli. MLXXXV. »

2. *Larvus*.

3. G. *Girardo* selon la note mise au dos de l'original, ou *Goffrido* selon Launoy.

et Bernoni[1] abbati Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Anno dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo tertio, pontificatus nostri quinto, indictione prima, cum essemus in provincia Calabriæ, apud monasterium Sanctæ-Mariæ, quod dicitur de Matina, monachi Sancti-Albini, Girardus prior, Milo, Stephanus, adversus monachos Sanctæ-Trinitatis de Vindocino, Frotmundum priorem[2], Ingelbaudum hostiarium, qui presentes aderant, conquesti sunt, quod Vindocinenses fratres ecclesiam Sancti-Clementis Credonensis, quæ a monachis Sancti-Albini juste, secundum illorum temporum consuetudinem, adquisita ac per triginta annos quiete et sine interruptione possessa, violenter ablatam injuste detinerent[3]. Qui cum suis instrumentis et rationibus causam suam defendere niterentur, primo die proclamationis res diu et multum ventilata nullo potuit fine terminari. Secunda vero die, similiter multum discussa, ad nullum tamen est finem deducta. Die autem tertia, duodecimo scilicet kalendas decembris, residentibus nobis in Anglone, civitate Ampuliæ, præsidentibus religiosis et venerabilibus tam episcopis quam sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus sive diaconibus, astantibus etiam nobilibus Romanis et comitibus Apuliæ, gloriosissimis Boamonte et Guillelmo, re iterum diu et multum inquisita, tandem inspirante Deo lucidius eluxit in quam potius partem justitia decli-

1. Bernon, quatrième abbé de la Trinité. Lors de l'expédition de la bulle, 24 novembre 1093, on ignorait encore la démission de l'abbé Bernon, qui eut lieu le 12 des calendes de septembre 1093.

2. Fromond, prieur, sans doute le même qui fut élu après l'abbé Geoffroy, et qui mourut en 1139.

3. *Injuste detinerent ;* voir la charte XCVII, par laquelle Eusèbe, évêque d'Angers, fait donation de cette église au monastère de Vendôme en 1053.

naret. Dum enim utraque pars suis nobis allegationibus obviarent, et hinc pactionem abbatum, confirmationem pontificum, Romanæ ecclesiæ legatorum, illinc vero legitimum introitum et canonicam triginta annorum possessionem nobis opponerent, nos qui omnium fidelium causas æqua lance pensare debemus, utriusque utilitati providentes, ipsam litem concordiæ convenientis æquitate decidere maluimus. Omnes igitur, qui nobiscum aderant, hanc sententiam collaudantes, consentientibus prædictis utriusque cœnobii fratribus, in manus nostras fidem pollicendo firmantibus, concordia et pax inter eos hoc modo posita est, ut scilicet Vindocinenses monachi de his tribus ecclesiis, aut ecclesiam Manitilium[1], vel Sancti-Saturnini,

1. Le prieuré de Saint-Georges du Mesnil, en Anjou (canton de Saint-Florent-le-Vieil, Maine-et-Loire), possédait une chapelle qui remontait au xi[e] siècle, bâtie en petit appareil roman ; elle existe encore, mais profanée.

Voici quelques noms de prieurs à partir du xv[e] siècle : Pierre Laillier ; il a acheté en 1429 une terre près le moulin de La Roche, de Jehanne Avenelle, dame de la Frioulière, femme de Guillaume de Charnière ; — Jehan de Villeray, 1433 ; — Dymanche Dupont, abbé de Saint-Sever de Rostan, prieur commandataire, 1465 ; — Etienne de Bourvardy se prétendait prieur commandataire en 1498 ; — Noble homme messire Michel de Marcillac, prieur commandataire, 1531-1543 ; — Jehan de Racine afferme son prieuré à Jehan Tailleboys, 1583 ; — Gilles de Requin, escollier estudyant en l'Université d'Angers, religieux profès de l'Evière, procureur des religieux de Vendôme, poursuit Pierre Gannes, prieur, pour le payement d'une rente de 64 sols à l'office de chambrier, autant au cellerier et une livre au couvent, 1597 ; — Pierre Mesnil, 1630 ; — Pierre Coustard, 1645 ; il se fit représenter dans un procès par messire Charles Seurhomme, docteur en théologie, chanoine et maistre d'escolle en l'église d'Angers, chancelier de l'Université dudit Angers ; — Jehan David, docteur en théologie, 1659 ; il afferme le prieuré avec ses fiefs, seigneuries, droits féodaux, justice haute, moyenne et basse, droits honorifiques dans les églises Saint-Georges et Saint-Martin, à Pierre de Madaillan, chevalier, seigneur des Ajons, de Chavigny, pour et au nom de René de Juigné, cheva-

sive Sancti-Johannis super Ligerim[1] unam, quam congregatio tota Sanctæ-Trinitatis elegerit, cum omnibus quæ ad eandem ecclesiam tam mobilibus quam immobilibus, interius exteriusque, ad præsens pertinent, infra dies triginta postquam domum redierint, monasterio Sancti-Albini in perpetuum tradant. Fratres itaque Sancti-Albini omnem litem omnemque calumniam ex causa hac in manus nostras et Vindocinensium fratrum refutaverunt. Vindocinenses vero unam supradictarum ecclesiarum in manus nostras reddiderunt, et per nos eosdem monachos investierunt. Præsenti igitur auctoritate fraternitatem vestram admonemus et præcipimus, ut hoc pactum a nobis intentione pacis et quietis dispositum et statutum, omni tempore deinceps ratum et inconvulsum teneatis et observetis. Quæcumque autem pars hanc nostræ decisionis sententiam non susceperit, vel transgredi præsumpserit, tam canonum severitati subjaceat, quam legitimæ compositionis pœnam, id est auri centum librarum sustineat,

lier, seigneur de Broissinière et dame Françoise de Bonjon, son épouse, pour 400 livres ; — Jean Daret, religieux de Saint-Faron-les-Meaux, prieur, afferme son prieuré pour 1,100 livres, 1697 ; au XVIII[e] siècle il valait 1,200 livres, d'après tous les pouillés ; — Pierre Carré, religieux de Saint-Maur-sur-Loire, 1713.

Avec les droits énoncés plus haut, le prieur avait encore droit sur les boucheries, sur les bêtes aumailles vendues ; « les pêcheurs du fief avant de vendre leur poisson, doivent le porter au prieur pour sçavoir s'il en veut. » Le prieur était tenu de faire dire chaque semaine trois messes, d'entretenir la chapelle et les maisons, devait avoir un clerc, un receveur, une chambrière et deux chevaux.

L'abbé de Vendôme nommait à la seconde portion de l'église paroissiale Saint-Georges ; il la conférait en 1482 à Claude Leberrier, après le décès de Jehan Bellanger. (*Titres aux Archives de Loir-et-Cher*).

1. De ces trois églises, deux sont mentionnées dans la charte de fondation, Saint-Saturnin et Saint-Jean-sur-Loire.

et a causa penitus cadat. Data Tarenti, VIII kalendas decembris[1].

Sources. Baluze, *Miscellanea*, t. III, p. 50. — *Recueil des Historiens des Gaules*, XIV, p. 87. — Launoy, p. 143. — Sirmond (Migne, p. 178). « Ex Sancti-Albini armario. » — Original aux Archives de Maine-et-Loire, fonds de l'abbaye de Saint-Aubin, H 360, et aux Archives de Loir-et-Cher, fonds de la Trinité.

CCCXLIV.

BULLA URBANI PAPÆ II.

1093.

Urbain II confirme la fondation et les privilèges de la Trinité, nomme les comtes de Poitiers, d'Angers et de Vendôme, protecteurs de l'abbaye, et lui unit l'église de Saint-Sauveur d'Angers.

Urbanus, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gaufrido, monasterii Vindocinensis abbati ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Ad hoc in Apostolicæ sedis servitutem divina credimus dignatione dispositos ut omnium ecclesiarum dispositioni prout ipse est et scire et posse dederit insistamus et conservis nostris tutionis apostolicæ subsidium porrigamus. Tuis igitur, fili in Christo carissime Goffride, postulationibus annuentes,

1. « Urbain II, dans ses bulles, suit tantôt le calcul Florentin, tantôt le Pisan, et quelquefois le nôtre. Il varie aussi pour l'indiction. On voit de ses bulles datées d'une année de son pontificat, moins qu'à le prendre de son commencement (*sic*). Il est certain qu'il a eu plusieurs sceaux, ainsi que quelques-uns de ses prédécesseurs. » (*Art de vérifier les dates*, t. I, p. 281.)

Vindocinense cenobium, cui Deo auctore in abbatem præesse dinosceris, decreti auctoritate munimus; quod videlicet cenobium Goffredus bonæ memoriæ Andegavensis comes, et Agnes Pictavensis comitissa, in jure suo sumptu pro animarum suarum salute constructum, summæ ac individuæ Trinitatis nomine consecratum, beato Petro Apostolorum principi et Sanctæ ejus Romanæ ecclesiæ in alodium proprium obtulerunt. Et nos itaque, secundum prædecessoris nostri apostolicæ memoriæ Gregorii authoritatem, præfatorum comitum votum et oblationem firmantes, præfatum monasterium sub protectione sedis apostolicæ permanere et omni jugo secularium personarum immune persistere, mansueto in perpetuum decreto sancimus. Per presentis igitur privilegii nostri paginam apostolica authoritate statuimus, ut quæcumque hodie idem cœnobium juste possidet sive in futurum concessione pontificum, liberalitate principum et oblatione fidelium juste atque canonice potest adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Precipimus etiam ut Sancti-Salvatoris juxta Andegavis muros ecclesia vestro cœnobio tamquam capiti membrum semper adhereat, et ejus universa dispositio in tua tuorumque successorum manu, absque alicujus contradictione persistat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat sepe fatum cenobium temere perturbare, aut ejus posessionem aufferre, vel oblata retinere, minuere, vel exactionibus temerariis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus ac modis profutura. Præterea statuimus ut Andegavensis, Pictaviensis ac Vindocinensis comites omni tempore sint adjutores ac defensores ejusdem loci, ad honorem apostolicæ sedis ; et si quis contra illum locum molestiam litis præ aliquibus rebus inferre voluerit, nullatenus consen-

tiant, antequam sedem apostolicam consulant, obeunte te vel tuorum quolibet successorum nullus ibi, qualibet subreptione vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam decreverint eligendum, non tamen sine trium abbatum consilio quos religiosores in vicinis provinciis haberi contigerit. Electus autem abbas a Carnotensi episcopo benedicatur, si tamen idem episcopus communionem et gratiam apostolicæ sedis habuerit, et si ordinationem ipsam gratis et sine pravitate exhibuere voluerit, alioquin ad Romanum pontificem recurratur. Præterea præcipimus ut tam Vindocinensis locus quam prædicta Andegavi Sancti-Salvatoris ecclesia, sine Apostolicæ sedis licentia nullo modo excommunicetur aut interdicatur, etiam si forte contigerit Carnotensem aut Andegavensem patriam pro culpis quibuslibet excommunicari, ita tamen ut excommunicatos ipsi non suscipiant, neque etiam subditas ecclesias, ubicumque sint, excommunicare vel interdicere cuique liceat, nisi pro certis culpis, quas Vindocinensis abbas et fratres canonice admoniti ab episcopis emendare contempserint; ad indicium vero perceptæ a Romana ecclesia libertatis, per annos singulos de moneta vestræ patriæ duodecim solidos Lateranensi palatio persolvetis. Sane si quis in cratinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps, dux aut comes, vicecomes, judex aut persona quælibet, potens aut impotens, hujus nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove admonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris Nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine

districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco ista servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Scriptum per manus Petri, scrinarii sacri palatii. Datum Romæ, per manus Johannis sanctæ Romanæ ecclesiæ decani cardinalis, pridie idus martii, indictione secunda, anno dominicæ incarnationis millesimo nonagesimo tertio, pontificatus vero domini Urbani secundi papæ anno septimo.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, f. 14 v° et 15. — Baluze, 139, f. 253. — Mss. 13820, f. 301 et 326. — Mss. 273, f. IV°, J. j., à la Biblioth. de Vendôme.

CCCXLV.

ALIA NARRATIO, DE EADEM CONTROVERSIA ET DE JUDICIO AMATI ARCHIEPISCOPI BURDEGALENSIS, APOSTOLICÆ SEDIS LEGATI.

Vers 1089. Avant 1093.

Le pape Urbain II avait ordonné à son légat, Amat, à l'archevêque de Tours et à l'évêque d'Angers, de terminer la cause de l'église de Saint-Clément de Craon, pendante entre Saint-Aubin et la Trinité. En conséquence, les deux parties furent citées devant le concile de Saintes. Mais le comte d'Anjou s'y opposa et pria le légat de renvoyer le plaid à Mirebeau ou à Loudun. Amat s'y refusa et le fixa à Bordeaux. L'abbé de Saint-Aubin fut arrêté par le gouverneur de Poitiers, à Saint-Jean-d'Angély, et dépouillé; ses envoyés, auprès du comte, alors à Saint-Maixent, pour obtenir un sauf-conduit, lui rapportèrent une défense absolue de passer sur ses terres. L'abbé s'en retourna chez lui, mais quatre de ses moines parvinrent par des chemins détournés jusqu'à Bordeaux. Les religieux de Vendôme, accusés par

eux, se défendirent d'être les instigateurs des obstacles survenus, exhibèrent la donation de Geoffroy Martel, l'accord conclu entre les abbés Othrand et Odéric. Malgré les exceptions de droit alléguées par ceux de Saint-Aubin, le légat ne voulut pas infirmer l'accord signé par ces deux abbés si pieux. Les religieux de Saint-Aubin mécontents se recrièrent contre l'injustice de cette sentence.

Urbanus, Romanus pontifex, missis litteris mandavit Amato, legato suo, Rodulfo Turonensi archiepiscopo, Goffrido, Andecavensi episcopo, ut litem quæ est inter Sancti-Albini et Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monachos de ecclesia Sancti-Clementis Credonensis, vice sua, justo judicio deciderent. Amatus itaque, acceptis litteris supradictis, archiepiscopo et episcopo mandavit, quatinus ad hanc causam determinandam, Sanctonas ire una cum Sancti-Albini et Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monachis, non differrent. Quod comes Andecavensis audiens, suadentibus Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monachis, cum interminatione destructionis totius monasterii sui Sancti-Albini abbati Sanctonas ire vetuit, mandans Amato quatinus in terram suam, sicut ipsemet Amatus per supradictos monachos ab eodem comite quæsierat, Mirebellum vel Losdunum fiducialiter veniret, diffiniturus hanc tantam causam ibi, una cum archiepiscopo Turonensi et episcopo Andecavensi, sicut Apostolicus mandaverat, qui ob itineris difficultatem Sanctonas ire non poterant, cum et ipse huic placito interesse cuperet. Amatus autem, prætentis occasionibus, venire noluit, sed hoc placitum, absque prædictorum pontificum invitatione et consensu, Burdegalam transtulit. Abbas itaque Sancti-Albini, licet graviter infirmus, ad hoc placitum, contra vetitum comitis Andecavensis, pergens, a Pictavensis comitis præposito, Rotberto nomine, apud Sanctum-Johannem Angeliacensem captus, et reverti compulsus est, exquisitis antea manicis omnibus

pro pecuniæ ablatione, si qua fortasse reperiretur. Qua non inventa, cum abbas et monachi suæ captionis et reversionis causam quæreret, præpositus reddere noluit, interminando addens quia si ulterius tentarent procedere, et captionem et detrimentum rerum suarum maximum incurrerent. Adjunxit etiam ut ad comitem pergerent, et gravius quam ipse eos ceperat, circaverat, reverti compulciverat, super se proclamarent. Missis igitur legatis Sanctum-Maxentium, ad comitem, Girardo priore suo, et Helinanno altero monacho, qui de illatis injuriis quererentur, et fiduciam ac conductum comitis quærerent, ipse Abbas cum ceteris eo die forte ad quamdam obedientiam Sanctæ-Mariæ Dolensis reversus est, ibi illos, quoadusque redirent, operiens. Redeuntes itaque legati dixerunt comitem sui captionem et universa quæ facta fuerant supradicto præposito jussisse. Nam cum apud eum de sui abbatis captione et ceteris injuriis quererentur, respondit comes se nolle illos per suam terram transire euntes ad placitum in quo ecclesiam Sancti-Clementis Credonensis monachis Vindocinensibus auferre niterentur, cum et abbatia Sanctæ-Trinitatis sua esset, et in sua terra obedientias multas haberet. Cumque fiduciæ transeundi per suam terram et ducendi ad hoc placitum quoscumque vellent, quam audientibus Helia Cenomannensi comite[1], Herberto Toarcensi comite, Hugone de Liciniaco, illis Pictavis dederat, recordarentur, respondit se hoc non recognoscere, et idcirco si aliquid amiserant, reddere, transire autem illos nullo modo sinere. Interminando addidit etiam, quia si Amatus de hoc placito se ita intromitteret, ut aliquo modo Vindocinenses monachi Sancti-Clementis ecclesiam amitterent, proculdubio nec

1. Hélie, comte du Maine, 1090-1110.

suus episcopus, nec suus monachus esset. Unde conjici potest quod comes, monachorum Vindocinensium precibus vel pretio, abbatem cum suis et capi fecerit et reverti compulerit. Hoc abbas audiens, ipse quidem cum ceteris monachis et laicis hujus placiti consciis et suæ rectitudinis testibus, ad proprium monasterium reversus est; quatuor autem monachos, qui de prædictis injuriis quererentur, diversis viis misit, qui per diverticula euntes latenter, diffugiendo per vias silvosas, cum maximo labore Burdegalam pervenerunt: ubi cum de Vindocinensibus monachis, quorum hortatu comes eorum abbatem, sicut conjecturis veris probatum est, capi fecerat, quererentur, nullam prorsus obtinuere justitiam. Nam cum se hujus captionis fuisse conscios omnes impudenter negarent, Mauritius Sancti-Florentii monachus et cellerarius his verbis eorum impudentiam redarguit, dicens: Prior Sancti-Clementis Credonensis apud Sanctum-Maxentium, ubi tunc comes aderat, quæsivit a me si Sancti-Albini abbas ad placitum suum iret? Cumque ego respondissem illum jam in itinere esse, dixit se tales habere amicos, qui, si possent, illum disturbarent; de qua disturbatione, si contingeret, se magnum gaudium habiturum. Propter quæ verba prædixi domno Guillelmo abbati nostro, sicut et contigit, Sancti-Albini abbatem proculdubio in hoc itinere disturbandum. Cumque omnes machinamenta ejus perciperent, et ipse adhuc impudenter se ita dixisse negaret, inquisitus ab Amato quid inde dixerit; nescio quid mussitando protulit, se quasi satisfacturum unde promittens, si ipse præciperet. Amatus autem totum impune dimisit. Deinde Sancti-Albini monachi de Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monachis conquesti sunt, eo quod Sancti-Clementis Credonensis ecclesiam injuste invasissent, et violenter tenerent, quam ipsi ex dono Suhardi

Vetuli, et ejus filiorum Guarini et Suhardi concessione, per annos multos possederant, officinis, vineis, signis, libris, et aliis ornamentis ornaverant, et usque ad Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis fundationem et Gaufridi Martelli comitis tempus, qui vi sua et sine ratione aliqua illam Sancto-Albino abstulit et Sanctæ-Trinitati donavit, pacifice tenuerant. Ad quæ Vindocinenses monachi nihil contradicentes, responderunt multas querelas inter se et Sancti-Albini monachos de hac ecclesia fuisse ; sed Otbrannum Sancti-Albini abbatem, ducentis denariorum libris ab Orrico Sanctæ-Trinitatis abbate acceptis, concordiam inde fecisse. Cumque hanc concordiam per Giraldi Ostiensis episcopi manum factam esse dicerent, restitit Haimarus Sancti-Albini famulus, qui fuerat Otbranni abbatis camerarius, probare paratus quod Geraldus, Ostiensis episcopus, hanc concordiam neque fecerat, neque cum facta Carnoti fuit aderat. Cum vero hujus concordiæ cirographum non haberent, quamdam aliam cartam legi fecerunt, in qua continebatur quod, secundum Otbranni abbatis promissum, totum Sancti-Albini capitulum hanc concordiam concesserat. Quod Sancti-Albini monachi audientes, veris testimoniis falsum esse ostenderunt. Stephanus enim Sancti-Albini monachus, qui tunc magister scholarum fuerat, dixit se unum fuisse de calumniatoribus, Berardum Montbertum, Clementem Sancti-Albini secretarium, Andream Rubeum, et alios plures nominans, ipsos etiam Vindocinenses in testimonium hujus calumniæ invocabat, addens quia si aliquis eorum negare tentaret, ipse approbaret. Ad quæ omnia cum Vindocinenses monachi nihil omnino resisterent, Sancti-Albini monachi judicium flagitaverunt utrum abbas, quadam parte capituli contradicente, possessionem monasterii vendere possit. Amatus itaque secedens cum episcopis

et abbatibus, et diu hæc omnia revolvens, tandem judicavit concordiam quam Otbrannus et Orricus, adeo religiosi abbates cum quadam parte capituli Sancti-Albini, quamvis altera contradicente, fecerant, non posse dissolvi. Cumque Sancti-Albini monachi a singulis episcopis, Agennensi et Nannetensi videlicet, abbatibus vero Sanctæ-Mariæ Dolensis et Sancti-Johannis Angeliacensis, clericis autem Petro decano, Achelmo archidiacono Burdigalensibus, quos ipse Amatus ad judicium hoc faciendum secum advocaverat, quærerent utrum hoc judicium facerent, vel consentirent, nemo eorum vel affirmavit vel negavit, præter Sancti-Johannis Angeliacensis abbatem, qui nec facere nec consentire huic judicio coram omnibus professus est. Deinde Sancti-Albini monachi hoc judicium palam omnibus calumniati sunt injustum esse et falsum, et contra sanctorum canonum decreta prolatum proclamantes, poposceruntque ut vel ipse Amatus, data sententia canonica, hoc judicium corroboraret, vel ipsi canonicis sententiis id refutando improbarent. Ad quæ Amatus et ceteri, hujus injusti judicii conscii, nullum omnino dedere responsum ; pluribus monachis, clericis, laicis aperte dicentibus hoc injustum videri judicium. Huic placito interfuerunt : Simon Agennensis episcopus, Benedictus Namnetensis episcopus, Auldebertus Dolensis abbas, Ausculfus Angeliacensis abbas, Guillelmus abbas Sancti-Florentii. Et de monachis ejus : Mauritius, Oliverius, Radulfus, Haimo. De monachis Vindocinensibus : Frotmundus prior, Radulfus, Daniel, Gaufridus, Adelelmus. De monachis Sancti-Albini, Girardus prior, Helinannus, Stephanus, Milo. De famulis eorum : Haimarus Malpetit, David, Lucas, Ingelgerius. De clericis : Leodegarius archidiaconus Pictavensis, Radulfus archidiaconus Namnetensis, Achelmus archidiaconus Burdegalensis, Willelmus, Apu-

lus, Guillelmus Salmurensis archipresbyter, Petrus decanus Burdegalensis, Petrus de Subisa.

« Est escrit au dos : Scriptum Milonis [1] nostri de Sancto-Clemente. »

Source. Baluze, *Miscellanea,* t. III, p. 52, sous la date de 1096, et *Recueil des Historiens des Gaules,* XIV, p. 85.

CCCXLVI.

NARRATIO QUOMODO, CUM EADEM CONTROVERSIA POSTEA RECRUDUISSET INTER EOSDEM MONACHOS, URBANUS II PAPA NOVÆ INTER EOS CONCORDIÆ AUCTOR FUIT.

1093 et 1094.

Les moines de Saint-Aubin avaient possédé paisiblement l'église de Saint-Clément de Craon jusqu'à Geoffroy Martel, qui la leur enleva violemment et la donna à la Trinité. Saisi de nombreuses plaintes, le pape Urbain II manda à sa barre des légats des deux abbayes, et prononça son jugement dans une bulle. En exécution de cette sentence, les religieux de Vendôme abandonnèrent à ceux de Saint-Aubin l'église de Saint-Jean-sur-Loire.

Ecclesiam Sancti-Clementis Credonensis castri, cum omnibus appendiciis suis ecclesiasticis, possedere quietam monachi Beati-Albini amplius quam triginta annis in pace. Eam Goffridus Martellus, Andecavorum comes,

1. « Milon, religieux de Saint-Aubin, qui estoit un des quatre qui furent députés pour aller à Bourdeaux à l'assignation cidessus, et qui en pouvoit écrire scientifiquement pour avoir été présent à tout ce que dessus, le tout fait en l'année 1093. » (Archives de la Mayenne, série H. Prieuré de Craon).

patenti eis sublatam violentia, monachis dedit Vindocinensis monasterii ; non tamen sine calumnia monachorum Sancti-Albini. Cumque pro hac re inter hos illosque monachos jugis perseveraret discordia, tentatis prius frustra pluribus synodorum conciliorumque judiciis, Apostolica tandem vocatione Urbani papæ jubentur præsentari, facturi ad invicem ejus decreto canonica jura. Audierat enim jam secundo de hac re papa prædictus monachorum Sancti-Albini clamorem ; quem ad ejus aures detulerat Milo, quidam eorum commonachus, missus ad hoc jam semel et iterum ab abbate et ceteris fratribus ejus. Deliberatum itaque est ab utriusque congregationis monachis, ut electi seniores duo tresve hinc et inde apostolicis destinarentur conspectibus, ut quicquid ex ea re præsentibus illis apostolica firmaret auctoritas, hoc firmum et inviolabile utriusque monasterii defenderet posteritas. Eo tempore abbas Sancti-Albini Girardus, vehementi laborans infirmitate, equitare non poterat. Sed et Bernonem, Vindocinensis monasterii abbatem anni jam declinantes in senium ab omni labore excusabant. Electi sunt ergo ad hanc legationem de monachis Beati-Albini, Girardus prior, Stephanus quoque et Milo, famulique eorum. De Vindocinensibus quoque electi sunt Frotmundus prior, et Ingelbaldus famulique eorum. Qui profecti pariter, pariter se Papæ obtutibus obtulerunt, pariter et causas suas manifestaverunt. Ille diligens in utramque partem, prout oportuit, examinator, post multas hujus illiusque partis retractationes, pacem tandem et concordiam inter utrosque, utrorumque libera voluntate, composuit. Et pacis quidem ejus sive concordiæ pactum priores ambo et monachi, qui cum eis erant, datis propriis fiduciis in manu Papæ firmaverunt. Sed et idem Papa ad firmitatis cumulum, pactum eorum propriis confirmavit sigillis et litteris, quarum

exemplum hic adnotatum sequitur. (Suit la bulle d'Urbain II, voir n° CCCXLIV.)

Postquam autem reversi sunt priores et qui cum eis missi fuerant, recitatæ sunt litteræ istæ tam in Vindocinensi quam in Sancti-Albini capitulo, in præsentia abbatum et monachorum, concedentibus universis pacem illam et concordiam quam Papæ poscebat sententia. Tradiderunt Vindocinensis monasterii fratres monachis Sancti-Albini ecclesiam Sancti-Johannis, quæ est super Ligerim, cum tota ejus agrorum et vinearum possessione, in nomine supradictæ concordiæ. Quæ ut plenius firmaretur, missi sunt a monachis suis Frotmundus prior, Ingelbaldus hospitalarius, Herbertus de Booleto in capitulum Sancti-Albini ; ibique in omnium audientia concessa est ex utraque parte pax supradicta. Sed et de monachis Sancti-Albini missi sunt in Vindocinense capitulum Girardus prior, Hugo Mansellus, Stephanus quoque et Archembaldus ; ibique abbas Berno tandem se concedere testatus est concordiam, sic ceteris consentientibus, ut ne unus quidem adversaretur. Ad quod audiendum adhibiti sunt seculares testes. Ex parte Sancti-Albini : Girardus, Firmatus, Popardus, Samazoellus, famuli monachorum, qui missi fuerant. Ex Vindocinensi parte : Anseius carpentarius, Gualterius carpentarius, Walterius sutor, Durandus de Andecava, Herbertus Bloius, Odo Modiolus, Rainaldus de Andecava, Guarinus hospitarius, Albertus Boverius, Bernerius secretarius, Rainaldus pistor.

Sources. Baluze, *Miscellanea*, t. III, p. 51 « Ex veteranis membranis S. Albini Andegavensis ». — Se trouve, en effet, dans le fonds de Saint-Aubin aux Archives de Maine-et-Loire, H. 360. — *Recueil des Historiens des Gaules*, XIV, p. 87.

CCCXLVII.

DONUM ECCLESIÆ CHIMILIACI.

Vers 1092 et 1093.

Maurice Rotonard donne à la Trinité l'église de Chemillé. Cette donation est confirmée par Hoel, évêque du Mans, et par Foucher de la Tour, seigneur féodal.

Notum sit omnibus futuris et presentibus quod Mauritius Rotonardus ecclesiam Chimiliaci, cum toto sacerdodalio et cum burgo et cimiterio, dedit monachis sancte-Trinitatis Vindocinensis monasterii. — Hanc donationem confirmavit postea Hoellus, venerabilis Cenomanensis episcopus, in capitulo Vindocinensis monasterii, ab abbate Bernone [1], et a fratribus qui ibi secum assuebant... gere, ut cum eum ex hoc mundo migrare contingeret, anniversarium suum celebrarent. a)

Sources. a). Duchesne, mss. 22. — Decamps, f. 153 *v°*. — Baluze, 139, f. 248. — Mss. 12700, f. 296 v°.

1. L'abbé Bernon se démit du gouvernement de l'abbaye en cette même année 1093 : « MXCIII. Hoc anno abbas Berno baculum pastoralem, ætate fessus, egritudine pressus, ultra non valens ferre, coram cunctis fratribus in capitulo dereliquit. » *Chronicon Vendocinense*. Il mourut en 1099 : « MXCIX. Hoc anno obiit domnus abba Berno, vir magnæ integritatis et innocentiæ, pater omnibus dulcissimus, vixit in monachatu LX annis. » (Ibidem). Le Nécrologe inscrit son obit au 22 septembre : « X kalendas octobris, deposicio domni Bernonis abbatis » ; les calendriers des Missels et Bréviaires de la Trinité le placent deux jours plus tard : « VIII kalendas octobris, depositio dompni Bernonis abbatis IIII^ti. » (Mss. 17 E.) De son temps l'abbaye fut très florissante et comptait plus de cent religieux : « Tantus jam sub illo erat monachorum numerus, ut anno 1088, in festo sanctissimæ Trinitatis, computatis præpositis seu prioribus, obedientiariis, qui ad capitulum generale venerant, centum ferme choro assisterent. » (*Historiæ Compendium*, etc. Mss. 11819.)

Hoc annuit Fulcherius de Turre, ex cujus fisco ipsum altare erat, et filius ejus Hieremias. Hoc concessit uxor Mauricii Sarracena, quæ inde habuit aureum monile, Gofredo abbate. b).

Sources. b). Decamps, 103, f. 148. — Le *Cartulaire* possède une autre charte sous le n° CCCCXLVIII, donnée par le même Maurice : « De terra quam dedit Mauricius Redumnardus apud Villam Marzini... Mauritius miles dedit. »

CCCXLVIII.

DE ECCLESIA DE CHAMILLIACO.

1093.

Don de l'église Notre-Dame de Chemillé (?) au prieuré de Saint-Clément de Craon.

I. — Juhardus et Alesia ejus uxor dant ecclesiæ Sancti-Clementis de Credonio quicquid habebant in ecclesia Sanctæ-Mariæ de Anilliaco, id est tertiam partem offerendarum ; quod concessit Hoellus Cenomanensis episcopus. Actum apud Lavallem, dominica 2ª post Pascha, anno ab incarnatione Domini MXCIII. Hoc iterum concessit Guido, Cenomanensis episcopus, anno MCXXIV.

Source. Housseau, n° 10864[1].

1. Au n° précédent 10863, sous la date 1133, Housseau donne la fin d'une charte extraite du fol. 238 *r°* du *Cartulaire ;* on y remarquera la présence de Guillaume de Chemillé, ce qui nous fait supposer que cet acte pouvait avoir des relations avec le précédent et nous fait aussi préférer la version : *Chamilliaco* sur *Anilliaco* : « Actum Andegavi in presentia domni Ulgerii, episcopi Andegavensis, anno ab incarnatione domini MCXXXIII,

II. — Tempore Goffridi abbatis Vindocinensis et Hoelis episcopi Cœnomanensis, præsentibus Raimaldo Burgundio, Mauritio, Aymerico et Roberto filiis ejus, donata est prioratui ecclesia Beatæ-Mariæ de Chamiliaco. Ita ex carta donacionis ejus ecclesiæ, quam deinde donationem anno MCXXXIV Guido episcopus Cenomanensis iterum confirmavit.

Source. Mss. 13820, f. 357.

CCCXLIX.

DE BOSCO QUI EST JUXTA VILLAM DEI.

1093.

Geoffroy Jourdain, comte de Vendôme, donne un bois à Villedieu.

Hac posteris nostris inscriptione notificamus donationem atque emptionem bosci, qui est ad Villam Dei, si quidem comes Vindocinensis G. qui dictus est Jordanus, dedit eumdem boscum monachis Sanctæ-Trinitatis de Vindocino perpetualiter habendum ac possidendum. Actum ad castrum Carceris, in domo Raherii, anno Dominicæ incarnationis MXCIII.

Sources. Baluze, 47, f. 258, avec renvoi au fol. IX^{XX}VII du *Cartulaire*. — Decamps, 103, fol. 148. — Mss. 12700, f. 276 *v°* — *Cartulaire,* n° CCCCXCII.

coram Boamondo archidiacono Andegavensi, Richardo archidiacono, Guillelmo de Chimilliaco archipresbitero, Fulcone abbate Culturæ. »

CCCL.

DE MOLENDINO CLAUSTRI.

1093.

Cessation d'un débat au sujet du moulin du cloître.

Goffrido abbati[1], propter exclusam aquæ quæ per claustrum currit, vexatio facta est monachis ; sed vincit abbas, eo quod cum molendino imposito Goffridus comes et Agnes alveum illum, ante LX annos dedissent cœnobio, testibus : Roberto monacho obedientiario de Columbariis, item hospitalario et cellarario, et Eufrosina comitissa matre comitis Vindocinensis.

SOURCE. Mss. 13820, f. 329 *v°*. Le don du moulin du cloître est daté de 1033, ou de 1053 ; cette charte est donc approximativement de 1093 ou de 1113.

1. L'abbé Geoffroy fut élevé à la dignité abbatiale le 21 août 1093, et béni le 24 par Yves de Chartres. Son élection se fit dans le chapitre même où l'abbé Bernon démissionna, et selon toutes les apparences, sur l'indication même de ce dernier, qui avait deviné son génie : « MXCIII... atque in ipso capitulo electus est domnus abba Gausfridus, juvenis ætate, moribus maturus, forma modesta, corpore formosus, litteris maxime instructus et cæteris bonis ornatus, XII kalendas septembris, et ab ipso episcopo IX kalendas earumdem honorabiliter consecratus. » Il était jeune et encore novice : « novitus adhuc et juvenis » et simple diacre. Il eut l'honneur d'être élevé à la prêtrise à Rome même par le pape Urbain II : « a bonæ memoriæ papa Urbano presbyter ordinatus sum. » Du texte de plusieurs chartes, il résulte que Geoffroy était fils de Henri, seigneur du Lion-d'Angers, et petit-fils de Robert Bourguignon, seigneur de Craon et de Sablé ; il était donc cousin de Maurice de Craon, également petit-fils de Robert Bourguignon par Renaud Bourguignon. Nous renvoyons aux articles de Ménage, *Histoire de Sablé,* de l'abbé Simon, *Histoire de Vendôme,* et de M. Port, *Dictionnaire de Maine-et-Loire,* etc.

CCCLI.

YVO TAILLABOSCUM.

1094.

Annotare vero curavimus eorum nomina qui presentes affuerunt, quando huic loco et monachis in hoc Deo servientibus easdem res annuit. Testes : vir nobilis Yvo Taillaboscum, Normannus Guillelmus episcopus de Durelmo, Turgisus capellanus regis, Robertus comes, Odo episcopus Bajocas, Willelmus de Semilliaco, Robertus frater predicti Yvonis Incidentis-Boscum, Herveus filius Erveisi. Actum Vindocino, incarnationis dominicæ MXCIIII.

Sources. Baluze, 47, fol. 267, avec renvoi au fol. IX^{XX}V v^o du *Cartulaire*. — D. Verninac, mss. 394, tome 3, f. 242.

CCCLII.

DE OBEDIENTIA QUÆ DICITUR AUDRIACUM.

1094.

Albéric, normand de naissance, se fit moine à Vendôme. Etant retourné dans sa patrie, il en ramena d'abord son fils, et ensuite son frère Geoffroy, qui donna à l'abbaye son fief à Audrieu, et tous les deux se firent moines.

Extitit quidam monachus... Albericus monachus Vindocinensis, ex pago Normannico natus, post multos annos, Goffredi abbatis permissu, ad patriam profectus, Gaufredum filium suum reduxit et monachum obtulit cum rebus suis. Deinde iterum missus, Gaufredum fratrem simili modo reduxit et monachum fecit, qui et res suas donavit,

id est Villam-Aldreium. Anno MXCIIII. Auctoramentum Rotberti comitis, Odo episcopus Baiocas.

Source. Baluze, 139, f. 347. — *Cartulaire*, n° ccccLxxxviii bis.

CCCLIII.

LITTERA DE ECCLESIA DE MAZIACO CONTINENS EXCOMMUNICATIONEM.

1096.

« *Charte de Geoffroy, évêque d'Angers, qui excommunie Raoul, vicomte de Mazières (de Maziaco), qui refusoit de rendre aux religieux de Vendôme l'église du même lieu.* » (Sommaire inscrit au dos.)

G.,[1] Dei gratia Andegavensium episcopus, universis sancte Dei ecclesie fidelibus, pacem et quietem. Omnium religiosorum devotionem latere nolumus, quod cum dominus papa Urbanus in concilio apud Turonos[2] resideret, Radulfo vicecomiti interdicendo precepit, et precipiendo interdixit, ne a dicta civitate recederet, donec monachis Vindocinensibus, de querela quam contra eum habebant, de ecclesia videlicet Maziacensi[3], satisfecisset. Nobis etiam auctoritate sua injunxit, quod si ille super hoc obedire contempneret, censura nostri officii eum ad justiciam compelleremus. Non multo post tempore, dominus Amatus,

1. Geoffroy de Mayenne, 1093-1101.
2. Ce concile eut lieu en 1096.
3. C'est auprès de cette localité qu'eut lieu une célèbre entrevue : « In campo qui est inter Maziacum et calciatum Maziaci, ubi comites Andecavenses Fulco et Fulco, filius ejus, et Cenomanensis comes Helias ad colloquium convenerant » (1100-1105). — Archives de Maine-et-Loire, H. 223.

qui in partibus nostris sancte Romane ecclesie legatione fungebatur, ex parte ejusdem domini nostri pape, et sua, de eadem querela nobis litteras transmisit, in quibus predictam ecclesiam Maziacensem ipsemet excommunicavit; et ut ex nostra parte, eam et ipsum viceconitem Radulfum excommunicaremus, precipiens mandavit. Deinde, in concilio apud Sanctonas, quod de hoc per litteras suas nobis mandaverat, viva voce iterum precepit. Nos quidem non censura justitiæ, sed quasi intuitu misericordie, jam dicto Radulfo, per unum et eo amplius annum, inducias donavimus. Ecclesiam vero Maziacensem, quia eam Apostolica auctoritate excommunicationem audivimus, absolvere nec potuimus nec debuimus; sed etiam ex nostra parte excommunicationem ipsam, prout nobis preceptum fuerat, confirmavimus et confirmamus; ita ut abhinc non presumat quis in eam divinum officium celebrare, vel ibi corpora sepelire, donec predicti fratres Vindocinenses justitiam, quam dudum reclamavere, justo judicio consequantur. Quod qui presumpserit, sicut presumptuosum et Deo beatoque Petro contrarium, nisi resipuerit perpetuo anathemate anathematizamus. Hoc etiam sub eodem anathemate prohibemus, ut decima ad ipsam ecclesiam pertinens, sepedicto vicecomiti ulterius ab hominibus ibi morantibus non reddatur. Bene valeant pacis et justicie amatores.

Ego Goffredus, Andegavensis episcopus, hoc privilegium Vindocinensi monasterio feci, et presentibus archidiaconis Gunnerio[1] atque Willelmo, multisque aliis clericis nostris, per presentis crucis signum, Apostolica fultus auctoritate, corroboravi.

Sources. Archives départementales de Loir-et-Cher, ori-

1. *Guarnerio.*

ginal en parchemin. — D. Martene, *Thesaurus novus*, t. 5, p. 123 « Ex cartario Vindocinensi. » — Mss. 13820, f. 326, cite l'original. — Mss. 273 de Vendôme, f. XCIV *v°*.

CCCLIV.

DONUM DOMITILLÆ.

1096.

Don fait par Domitille, femme de Ingebaud Britonis, de tout ce qui lui étoit dû par les habitants de Vendôme pour son mari et Vulgrin, son fils, en présence de G. (Geoffroy) abbé. Actum anno MXCVI incarnationis dominicæ, G. abbatis III [1].

SOURCE. Dom Verninac, mss. 394, t. 3, f. 240. — Le mss. 12700, f. 262 *v°* indique une charte datée de MXCVI « ordinationis abbatis Gausfridi III° » L'index du *Cartulaire* donne le titre d'une charte probablement relative à cette Domitille : « CCCCXCIX. De Domitilla. Omnes successores. »

Hac suscripta... Petiit sibi XX solidos commodari quos debebat Herveo de Baoral, terras suas cum fructu in guardes hujus debiti tenenti, hac ratione ut omnes illas terras suas cum fructu teneremus, donec nobis debitum persolveret.

Sources. Decamps, 103, f. 135. En tête de cet extrait, il met le n° et le titre de la charte CCI du *Cartulaire*.

CCCLXXII.

DONUM VULGRINI CALVÆ GALLINÆ.

xi^e^ siècle, 1040-1100.

Noverint... Audita donatione Wlgrini, Aida soror ejus patrimonium suum reclamavit, et hec sunt inter Wlgrinum et Seduinum consanguineum suum : Olca de Puteo, in qua habitat Guitbertus faber, Olca de Villa-Malesti, quam Clemens laborat.

Sources. Decamps, 103, f. 144, avec renvoi au n° cccxxx du *Cartulaire*.

CCCLXXIII.

DE SYMONE MILITE.

xi^e^ siècle, 1040-1100.

Le chevalier Symon abandonne ses prétentions sur la terre de Saint-Saturnin.

Miles quidam qui dicebatur Simon, quo tempore castellum Trevias (?) honoremque tenebat, fecit invasionem injustam in terram monachorum Sancte-Trinitatis de curte Sancti Saturnini, quam reparavit et calumniam quietam clamavit in capitulo Monasterii-Novi, sito apud Andecavam. — Testes Rainaldus de Wlvente, Morinus frater ejus.

Sources. Housseau, n° 10840, avec renvoi au fol. 103 *r°* du *Cartulaire*. — Duchesne, mss. 22, avec renvoi au n° cclii du même *Cartulaire*.

CCCLXXIV.

DE ARPENNO VINEÆ GOSFRIDI BERTINI.

xi^e^ siècle, 1040-1100.

Les moines firent de si nobles funérailles à Geoffroy Bertin, que Thibaud, fils de Leterius, son suzerain, donna à la Trinité un arpent de vigne.

Quidam homo Goffredus cognomento Bertinus, cum ad exitum vitæ venisset, de anima sua minus valde quam debuit sollicitus, parum pro ea de rebus suis disponere curavit. Sed Tetbaldus, filius Literii, dominus ejus, vir nobilis, in cujus arbitrio et voluntate omnia sua reliquerat, quod ille minus egerat, pietate commotus benigne supplere curavit. — Et quoniam tam nobiles ei fecerunt exsequias, ut etiam obviam corpori, cum ad monasterium deferretur, foras exirent, quod facere nisi de majoribus personis consuetudinem non habent, donavit eis et arpennum vinee.

Sources. Baluze, 47, f. 266, avec renvoi au fol. VII^XX^XIX du *Cartulaire,* et 139, f. 245. — Decamps, 103, f. 145. — *Cartulaire de la Trinité,* n° CCCCXI.

CCCLXXV.

DE GUILLELMO, BURDARIO ET DUOBUS ALIIS.

xi^e^ siècle.

Robert de Montoire donne quatre serfs.

Hoc quoque sciendum est... Rotbertus de Monteaureo,

frater Normanni, dedit Sanctæ-Trinitati, annuente uxore sua, quatuor servos.— Testes : ipse R., Lancelinus nepos ejus, Landricus de Mulliaco, Bernerius filius Algrini de Balgentiaco.

Source. Baluze, 47, f. 268, avec renvoi au fol. cxc du *Cartulaire,* qui correspond exactement au n° dIII de la table.

CCCLXXVI.

DE FOSSATO.

xi^e^ siècle.

Helvisa et Gaulterius de Fossato filius ejus, Adelina et Amelina filiæ, Albertus et Simon et Odo et Arterius nepotes.

Source. Baluze, 47, f. 267 *v°*, avec renvoi au fol. ccxiii du *Cartulaire*.

CCCLXXVII.

DE UNO ARPENNO TERRÆ JUXTA PESOTI ECCLESIAM, QUAM DEDIT SIMON.

xi^e^ siècle.

Simon, fils de Frodon, donne deux ouches, un pressoir, 12 combres, 20 fessines, etc.

Notum fieri... Simon filius Frodonis dedit de terra sua quantum duo boves consuetis sationibus arare possunt, et

duas alias portiones terræ, quas rustici olchas appellant, unum vinarium, et XII combros in flumine Ledi, atque XX fessinas in eodem flumine[1], quæ ponuntur ad capiendas anguillas. Quatuor etiam tractus retis, quæ vulgariter vocant tramallum ad capiendum pisces cujuscumque modi cum eo retineri poterunt. Testes : Fulcherius de Turre, Fulbertus Trussellus.

SOURCES. Decamps, 103, f. 140. — *Cartulaire de la Trinité,* n° CCXL.

CCCLXXVIII.

DE TERRA GOSFRIDI BRACHITI.

XI^e^ siècle.

Geoffroy, son frère Hugues et ses sœurs, font un don entre les mains de l'abbé Geoffroy.

Goffridus, cum fratre suo in capitulum nostrum, Hugo

1. Ce droit de pêcherie est mentionné dans un acte de 1349 : « Saisie réelle sur Macé de Roilleiz, écuyer, pour défaut de payement de 6 muids 1/2 de grains pour une ève et pescherie ou garenne, laquelle fut jadis feu monsieur Jehan de Lille, chevalier, si comme elle se poursiet en lonc et en lé, en parfons en haut et en bas, dès le moulin de Fortunais jusques à la pescherie qui est au dessous de Saint-Firmin, tout au long du fil du Loir, qui divise les chatellenie de Vendôme et de Lille... et étant mise à prix, le sieur Guillaume de Laraete, écuyer, mit 80 livres... Guillaume de Montigne offrit 90 livres, à qui elle fut adjugée. »
Les Archives de Loir-et-Cher possèdent encore un imprimé ou *Factum* dirigé contre Laurent Roulleau, curé de Lisle en Vendomois et dame Françoise Guerry, veuve de feu Emmanuel de Marescot, sieur de Chicheray, revendiquant à l'encontre des religieux le droit de pesche dans la rivière du Loir, depuis une petite île jusqu'à une autre où étoit le moulin de Lisle et Savateau. Ce plaidoyer est signé de Berthemet, rapporteur, XVIII^e^ siècle.

nomine, qui auctoramentum firmavit, atque sororibus, quæ auctoramentum etiam firmaverunt, frustum virgæ, quam prius in manu domni G. abbatis tradiderant, super altare dominicum simul posuerunt.

Sources. Decamps, 103, f. 132 ; la rubrique imposée à cette charte ne se trouve pas dans la table du *Cartulaire*.

CCCLXXIX.

DE ARCHEMBALDO PREPOSITO.

xi^e^ siècle.

Archambaud, prévôt de Vendôme, donne à la Trinité le chemin qui va de Danzé aux moulins de Naveils.

Noverint... Posteritati succedentium notificari volumus, quod Archembaudus prepositus, filius Archembaudi prepositi [1], dedit Deo et monasterio Vindocinensi viam totius terræ suæ, qua venitur de Danzeio ad molendinos de Navalleio. Concesserunt Buchardus frater ejus, Kroa mater ipsius Archembaldi et Heloysa uxor ejus...

Sources. Duchesne, mss. 22. — Extrait du *Cartulaire*, n° DXLVII.

CCCLXXX.

DE GIRARDO FILIO FROGERII DE BUXILIO.

xi^e^ siècle.

« Girard de Boisseau se rend esclave et donne son

1. Ce premier Archambaud vécut sous Geoffroy Martel et Foulques l'Oison.

bien pour réparation des dommages qu'il avait faits au monastère. »

Source. L'abbé Simon, II, p. 38 avec renvoi au *Cartulaire de la Trinité*, CCCLXI : « Girardus... »

CCCLXXXI.

DE SANCTIO DE MARCHELLO.

XI^e siècle.

Notum sit omnibus... Sanctius de Marchello dedit nobis terram et decimas... filius ejus Hugo.

Source. Decamps, 103, f. 148, avec renvoi au n° CCCCLXXXIIII^x^ du *Cartulaire*.

CCCLXXXII.

DE JUNDRAGIO SANCTI-MARTINI.

XI^e siècle.

Noverit omnis habitator cenobii Vindocinensis quod Willelmus, filius Frodonis... dimiserit Deo et Sanctæ-Trinitati sepulturam omnis familiæ nostræ, quæ nostro alitur cibo, pro anima tam sua quam utriusque parentis sui fratrumque suorum, qui in hoc poliandro carnis onera deposuere, deditque jundragium sepulturæ presbyteratus Berengerii, etc.

Sources. D. Verninac, mss. 394, t. 3, p. 240 *v°*[1]. — *Car-*

1. A la page suivante, 241, D. Verninac donne un extrait

tulaire, n° CCCXCVI. — Mss. Phillipps, n° 25058, f. 56, date cette charte de 1075, le III des nones de juin, du temps de l'abbé Oderic, et il cite le folio VII^XIII *r°* du *Cartulaire*.

CCCLXXXIII.

DE MEDIETATE ALODIORUM HATONIS.

Fin du XI^e siècle.

Hélie, religieux à Villedieu, avait acheté la terre de Haton d'Ingrandes, de sa veuve Odeline, pour 4 livres de deniers. Salomon de Fréteval, seigneur féodal, donna son autorisation et reçut 4 livres, Agnès sa femme, une once d'or; ses fils Odon, Robert et Payen, ses filles Chrétienne et Adelaïde consentent également, et de même Salomon de Lavardin et son fils Gaimard.

Memoriter posterum nostrorum memoria teneat, quod quidam ex nostris fratribus, Helias nomine, dum apud Villam-Dei degeret, terram cujusdam Hattonis jam defuncti tunc, qui de Ingrandia dicebatur, emerit ab uxore ejus superstite, Odelina nomine, IV libras denariorum, concedentibus filiis suis et filiabus, Salomon atque Huberto, Hersende atque Adelelde. Salomon quoque de Fractavalle, de cujus casamento ipsa terra erat, et in cujus curia venditio ista facta fuit, auctorizavit ita libere quod nichil rectitudinibus sive in ea retinuit. Pro hoc vero auctoramento predictus Salomon habuit IV libras

malheureusement trop bref de la charte inscrite au n° D dans l'index du Cartulaire sous ce titre : « De quodam furnile. Scire debent. » Voici cet extrait : « Rectum de hoc quod presumpserat tota curia judicante nobis fecit, legemque suam LX solidos in hoc apendentem guajiavit. »

denariorum, uxor quoque ejus, Agnes nomine, quæ etiam auctorizavit, habuit unam unciam auri. Filii quoque ejusdem Salomonis Odo, atque Rotbertus, filiæ ejus Christiana atque Addeloia hoc auctorizaverunt. Unde habuit unus, qui et primogenitus erat, XII denarios, alter vero, qui erat canonicus Sancti-Martini Turonensis ecclesiæ, XII similiter, quod et portavit Rotbertus patruus suus qui et ipse canonicus Sancti-Martini erat[1]. Actum est hoc apud villam quæ dicitur Ostaldum, ante ecclesiam. Hanc etiam emptionem concessit Gaimardus, filius Salomonis de Lavarzino, apud Carcerem. Post has omnes conventiones surrexit Paganus, filius Salomonis supradicti de Fractavalle, imponens calumniam super hac terra, qui et ipse in prima emptione, sicut superius diximus, annuerat, dicens se non habuisse id totum quod monachi sibi promiserant. Ad ultimum vero Normannus monachus et Fulcadius Normannus qui tunc obedientiam Villadei regebant, dederunt ei XX solidos pro auctoramento. Actum est hoc in atrio ecclesiæ Sancti-Laurentii, qui est inter Lavarzinum et Montem-aureum, videntibus et audientibus his legitimis viris : Roberto de Monteaureo, Hugone et Goffrido filiis ejus, Gilduino nepote ejusdem Roberti, Teodelino milite ejusdem Roberti.

SOURCES. Baluze, 47, f. 264 *v°*, avec renvoi au fol. 282 du *Cartulaire*. — *Cartulaire,* n° CCCCXIII.

1. Cette charte complète les notions que nous avions déjà obtenues sur Salomon de Fréteval et sa famille. (Voir *Cartulaire Blésois,* introduction, p. XXXVI et XLIII). Ce Robert, oncle ou grand-père du fils de Salomon, doit appartenir à la famille d'Agnès de la Guierche femme de Salomon.

CCCLXXXIV.

DE ULCHA.

Vers 1100.

Jugement par lequel Yves, évêque de Chartres, confirme aux religieux de Saint-Laumer une chapelle à Oucques contestée par l'abbé de Vendôme.

Ivo, Dei gratia Carnotensis ecclesiæ minister, omnibus ecclesiæ filiis tam presentibus quam futuris.

Quod ad multorum notitiam pervenire congruum duximus, litterarum monimentis mandare provida deliberatione decrevimus. Noverit ergo præsens ætas omniumque secutura posteritas quod Mauricius, Blesensis cenobii Sancti-Launomari abbas[1], intra terminos cujusdam parochiæ suæ quæ dicitur Ulcha, capellam quamdam, nostra auctoritate munitus, cœpit ædificare ; ad quam quidam parochiani, qui remoti erant a matrice ecclesia, suis temporibus debitas oblationes reddituri, possent convenire. Quod audiens Vindocinensis abbas, misso petitorio ad hoc canonice improbandum, adversus monachos Blesenses diem sibi dari postulavit, et ex condicto utriusque partis, accepit. Qui cum die statuto ad causam venissent, dixit abbas Vindocinensis se oblationes parochianorum qui morantur in municipio quod appellatur Mons-Fauni[2], per

1. Maurice, d'après D. Noël Mars, aurait été abbé de 1096 à 1107. (*Histoire de Saint-Lomer,* p. 140).

2. Nous croyons qu'il faut identifier le *Mons Follulus* de la charte CCCXXIV et le *Mons Faunus* de celle-ci et de la suivante. Mont-Follet, aujourd'hui Saint-Mandé de la Coudraye, n'est plus qu'un simple hameau de la commune de Vievy-le-Rayer, arron-

viginti annos fere tenuissse, nec alicui justitiam denegasse, et idcirco monachos Blesenses injuste eas accepisse. Unde etiam dicebat prius se esse revestiendum, antequam transiret ad actionem aliarum causarum. A quo cum quæreretur utrum habuisset eas ex concessione Carnotensis episcopi, an ex jure parochiali, an ex largitione alicuius legitimi possessoris, nihil objicere potuit nisi pertinaciam retentionis. Ad quod responderunt Blesenses monachi se ab illis parochianis omnia parochialia accepisse, et illam partem oblationum quam sibi Vindocinenses monachi usurpaverant, violentia Lancelini Balgeracensis[1] occupasse. Nec tamen eas, ipsis viginti annis in quibus confidebant, absque synodali reclamatione tenuisse ; immo ipsos monachos Vindocinenses qui predictum Montem-Fauni occupabant, inde judicio Carnotensis ecclesiæ eliminatos, latibulum cujusdam silvæ petiisse. Quod cum multorum testimonio confirmaretur, et ab abbate Vindocinensi infringeretur, judicatum est abbatem non esse investiendum, cum nihil dematur usibus ecclesiasticis, si quisque quod suum est recipiat. Quod judicium, cum displicuisset abbati Vindocinensi, non confidentia justitiæ, sed causa afferendæ moræ, sedem appellavit apostolicam ; quam tamen appellationem pro reverentia domni Papæ reverenter[2] sustinuimus, quamvis secundum cautionem legum, nec libellum ad eum qui de appellatione cogniturus erat, a nobis postulasset[3], nec tempus, nec modum nec ordinem

dissement de Blois. On y voit le château en ruines de la Pagerie, berceau des Tascher, ancêtres de l'impératrice Joséphine.

1. *Balgentiacensis, Balgiacensis.*
2. *Patienter* (Migne).
3. Appellationis ordinem exponit Ivo. (Epist. ccxx), dans une lettre à Ildebert, évêque du Mans, qui l'interrogeait à propos d'une réclamation d'un abbé « quod a vobis abbas exigit, » qui est peut-être notre Geoffroy.

exequendæ appellationis observasset. Unde cum a causa cecidisse intelligentes, capellam quam Blesensibus ædificare concessimus, de cætero confirmamus, et omnes oblationes capellarum adjacentium parochiæ quæ dicitur Ulcha, illibatas tenere sancimus.

Source. Migne, *Ivonis episcopi Carnotensis epistolæ*, Epist. 172, PP. LL. t. 162, col. 175.

CCCLXXXV.

NOTITIA DE OLCHA.

Vers 1100.

Yves, évêque de Chartres, ayant, par jugement, dépossédé la Trinité de Vendôme de l'église de Montfollet, Raoul de Beaugency donne à l'abbaye de Saint-Laumer la chapelle de Saint-Jean d'Oucques, libre de toutes redevances.

Quicumque mente provida sæculi hujus defectuum intuetur varietatem, debet summopere ad semper mansuram anhelare felicitatem, ad quam summa devotione totoque mentis nostræ conamine requirendam cum multas posuerit multiformis gratia Dei vias, unusquisque secundum fidei suæ mensuram, proprio eas frequentat modo, et alius quidem bona docendo, alius recta faciendo, alius alio quolibet virtutis genere, regni cœlestis iter ingreditur. Inter quos ego Radulphus de Balgiacensi, licet piger viator, pro data tamen a Deo benefaciendi facultate, elemosynarum deportatus vehiculo, semitam vitæ carpere disposui. De rebus itaque et possessionibus, pro mea meorumque salute prædecessorum, do et concedo Beato-Launomaro et monachis ejus terram ad construendam

ecclesiam et burgum ædificandum juxta oppidum meum, quod Mons-Faunum dicitur, ubi hactenus parrochialis ecclesia non fuit, capella vero quæ ibi habetur matrici[1] adjacet ecclesiæ quæ in villa nomine Olcha[2] in honore sancti Johannis fundata est, ubi ex toto burgo et toto oppido omnia parrochialia et omnes oblationes solemnes juxta mos ecclesiasticum deferuntur. Ex jure igitur hujus ecclesiæ, quam Beati-Launomari et monachorum ejus esse constat, cum eadem capella in oppido meo sita et ea quæ predicti monachi possident, per manum bonæ memoriæ patris mei Lancelini, spoliatis inde Blesensibus monachis, Vindocinenses monachi sæpe dictam, non sine invasione, subintraverunt capellam. Et exinde orta est controversia inter dictos monachos in Carnotensis ecclesiæ curia, Ivone episcopo præsidente, habita judicii discussione, expulsis Vindocinensibus monachis, Blesensibus est eadem capella ab ipso episcopo, cum assensu clericorum, canonico judicio, restituta. Unde ego, judicium rectum intelligens, et Sancti-Launomari jus recognoscens, præcepto ejusdem episcopi, quidquid in sæpedicta capella possideo, sine aliqua retentione, prædicto sancto et monachis ejus in perpetuum concedo. Quia vero cum[3] servitio esse non posse scimus[4], et cætera majora sancte ecclesie sacramenta vel officia, pro lege capellæ ibidem celebrari nequeunt, et parrochialis Sancti-Joannis procul inde remota est ecclesia, impetrata a jam dictis Blesensibus monachis, accordato præfati pontificis ad ædificandum intra terminos ejusdem parrochiæ, prope jam dictum oppidum, aliam opportuniorem ecclesiam, terram eis ad hanc et burgum

1. *Matri.*
2. *Ulcha.*
3. *In.*
4. *Non possumus.*

suum, sicut prædictum est, construendum, secundum terminos metarum, tribuo. Omnes autem quoscumque poterunt ibidem hospites retinere, præter oppidi mei habitatores, retineant, sintque illi ab omni penitus consuetudine liberi et immunes : excepto quod me, in campale, si necesse fuerit, prælium præcedente sequentur : quod si glandibus et pastione porcorum boscus, quæ Sylva-Longa dicitur, habundaverit, omnes porci monachorum et hominum suorum et ibi habitantium et aliorum ubicumque habitent, liberum habeant per eamdem sylvam, sine ulla pasnatici exactione, percursum. Hæc omnia, sicut hic descripta sunt, tali tenore concedo, quatenus in supradicta nova ecclesia omnia sacramenta et officia quæ ad parrochiam pertinent de cætero celebrentur. Testium autem qui in his interfuerunt ista sunt nomina. Ex parte mea : Arraldus Malaterra, Guanildus [1], Garnerus Bisolensis [2], Valvus [3] prepositus, Thomas capellanus, Gaufridus cancellarius. Ex parte monachorum : Bartholomeus, Girardus de Dominiaco, Petrus cubicularius, Joannes de Luco, Leoderius [4] major. Signum Radulphi. Signum Maheldis [5] uxoris suæ [6].

Sources. *Histoire de Saint-Lomer,* par D. Noël Mars, p. 380. — Epistolæ Ivonis Carnotensis ad epistolam CLXXII, note. — (Cf. Migne.)

1. *Gajuldus.*
2. *Bisol.*
3. *Baillivus.*
4. *Leodericus.*
5. *Macheldis.*
6. Le jugement d'Yves mentionné dans cette charte est ainsi exprimé dans l'épître 172 : « Unde eum (Goffridum scilicet) a causa cecidisse illigentes, capellam quam Blesensibus (id est monachis sancti Launomari) ædificare concessimus de cætero confirmamus, et omnes oblationes capellarum adjacentium parrochiæ quæ dicitur Ulcha illibatas tenere sancimus. »

CCCLXXXVI.

DE MEDIETATE ECCLESIÆ BUXIELLI.

Vers 1100.

Archembaud, fils de Hubert, qui possédait l'autre moitié de notre église de Boisseau, se voyant malade et redoutant la mort, manda près de lui des religieux et leur donna cette moitié pour en jouir après la mort de sa mère. Celle-ci et son gendre s'y opposèrent d'abord, mais le mal étant devenu plus grave, et la mort approchant, ils y consentirent. Le malade fut reçu moine et mourut pendant qu'on le transportait à la Trinité.

Notum sit omnibus loci hujus habitatoribus tam presentibus quam eorum successoribus, quod Archembaldus, filius Huberti, qui nobiscum partiebatur cum sua matre villam Buxielli, relinquerint nobis suam medietatem quam inde habebant. Denique isdem juvenis cadens in infirmitatem, mittens, fecit ad se venire monachos, videlicet mortem, que jam sibi imminebat, metuens. Qui cum presentes adessent, donavit illis omnem suam partem, que sibi de Buisseello conveniebat, et matris, excepto quod illa, dum adviveret, sue partis domina esset, si ipse in seculo moreretur. Siquidem tunc rogavit ut eum fratres in suum consortium susciperent monachum; sed mater tunc contradixit, ne sola, ut metuebat, filii solatio destituta remaneret. Postea vero ingravescente molestia, cum jam morti proximus esset, iterum ad se revocavit fratres, qui statim affuerunt. Tunc se omnimodis ut sè monachum facerent deprecatus est, et [dedit] suam partem Buxielli in presenti, sed et matris post obitum, ipsa hoc annuente et deprecante, ob salutem anime filii et sue. Sed Radulfus quidam, filius

Mathie, filii Gripponis, qui sororem ejus in matrimonio habebat, tum id calumpniare volens, tam precibus ejus vel matris, quam illius tristicia quam sua, adhuc se vivente calumpniare auderet, sed et ratione flexus, gratanter auctorizavit. Et sic eum tunc monachi monacum benedixerunt. Reliquit etiam tunc nobis quicquid ex jure paterno habebat apud Ulchas, post obitum matris, ipsa concedente. Monachi itaque post hec afferebant ad monasterium, sed in via defunctus, ad monasterium usque prolatum est corpus. Sed et mater cum corpore veniens postero die in capitulum, hec omnia auctorizanda et confirmanda fecit hoc cum magno animi desiderio, his videntibus et audientibus : Adelelde matre jam dicti Archembaldi, Herveo pistore, Joscelino famulo, Tescelino quoquo, Bernardo Tauriaco, Isembardo de Hospitali, Gaudrico famulo, Hilgoto vineatore, Gosfrido de Satrino, Marchaboam, Odone sartore.

Sources. *Cartulaire de la Trinité,* feuilles préliminaires, n° 4. — Baluze, 47, f. 283 *v°*, il ajoute cette note : « In eorum capitulo sepultus est. »

CCCLXXXVII.

DE PRUNETO.

Vers 1100.

Don d'une maison pour les moines résidant à Prunay.

Similiter invenio tempore Gotfridi abbatis quemdam Gotfridum de Valeo cum filio suo jam presbitero monachum effectum, et tum eisdem datam domum seu cellam

de Pruneto [1] ad inhabitandum ita quod duos secum monachos illic haberent, ita tamen quod alter eorum pro uno ex duobus computaretur. Caret data temporis, sed caracter indicat parum ab hoc abesse.

Source. Mss. 13820, f. 312 *v°*.

CCCLXXXVIII.

DE RICHERIO QUI DEDIT TERCIAM PARTEM DUORUM MOLENDINORUM ET X SOLIDOS.

Vers 1100.

VIII idus aprilis, obiit Richerius monachus et laicus, qui dedit Sancte-Trinitati de duobus molendinis tertiam partem et X solidos.

Source. Mss. Phillipps, n° 25058, fol. 90 : « E Cartulario, f. XX *v°*, ch. LVIIII. »

1. Dès le commencement du XIV^e^ siècle, le prieuré de Saint-Jean-Baptiste de Prunay fut abandonné et les revenus unis à l'office du cellerier. Nous voyons en cette qualité « Philippus de Sargolio, monachus sancte Trinitatis, 1310 », fr. Maillard, 1498, Gilles de Jarnay, 1513, Charles Lemalreux, qui s'intitulait aussi prieur de Prunay, 1602-1606 ; il afferma le revenu à Loys Lebaube, notaire à Prunay, pour neuf vingts livres, à charge de « faire célébrer le divin service aux quatre fêtes annuelles et faire tenir les assises. » Le prieuré « qui soulloit être annexé à l'office de cellerier ayant été uni à la manse abbatiale par concordat passé avec fr. Charles Lemalreux, cellerier, » fut affermé par Michel Sublet, « présent en sa personne, » pour 300 livres et 200 boisseaux d'avoine, en 1613 ; pour 600 livres et 200 boisseaux d'avoine en 1624 ; par monseigneur César de Vendôme, duc de Vendosmois, de Mercœur, Penthièvre, Beaufort et d'Estampes, prince d'Anet et de Martigues, pair, grand-maître, chef et surintendant général de navigation et commerce de ce royau-

CCCLXXXIX.

COMMENDIZIA DE DOMZEIO.

Vers 1100.

Payen de Mondoubleau prend sous sa garde l'obédience de Danzé, moyennant une redevance annuelle.

Omnibus hominibus notum sit quod Paganus de Monte-Dublello promisit Deo et domino Goffredo Vindocinensi abbati se servaturum obedientiam de Donzeio, cum omnibus quæ ad eam pertinent, et cum omnibus pacem haberet defensurum, eo pacto ut pro quadruga integra, singulis annis daret ei unum sextarium frumenti et pro dimidia quadruga unam minam. Hoc viderunt et audierunt Paganus ipse, qui hoc auctorizavit, R. senescallus, et Henricus frater ejus, Hilgodus Bucellus, Ruberius filius Achardi, Hugo de Lanerien, Petrus Russetus, Han... de Credone, etc.

Sources. Mss. 17049, f. 703. — Decamps, 103.

me, généralissime des armées navales de Sa Majesté, estant de présent à Vendôme, au nom de son petit-fils Philippe, cardinal, abbé de Vendôme, pour 700 livres. Le dernier fermier fut Jeanne-Elisabeth de Réméon, veuve de Joseph-Alexis de Joffre, seigneur du Plessis-Sasnières, 1784.

Signalons enfin le don fait le 25 avril 1490 par N. et P. seigneur Jehan, bastard de Vendôme, chevalier, seigneur de Bonneval, et madame Jehanne d'Illiers, sa femme, à Robert Forget et Ysabeau Ytasse, sa femme, leurs serviteurs, de 2 septiers de froment, 2 septiers de méteil, 6 boisseaux d'avoine de rente, mesure de Lavardin, assis à Prunay, ou fief du cellerier, en considération des agréables services qu'ils en avaient reçus. Après le décès des donataires, la rente reviendra à l'Hôtel-Dieu de Vendôme pour les donateurs y avoir chacun un anniversaire solennel.

CCCXC.

DE DECIMA VILLÆ-MARZINI.

Vers 1100.

Guy Turpin abandonne toute réclamation sur les biens donnés à l'abbaye par ses ancêtres.

Noverint successores nostri, quod Guido Turpinus[1] nobis plura calumniabatur, quæ Turpinus frater suus et prædecessores sui nobis dederant. Domnus vero abbas G., tunc temporis partem suam, quam in decima de Villamarzini habebat, pro IIII libris denariorum in vadimonio ab eo acceperat. Guido ergo veniens in capitulum nostrum, donum hujus rei in manu domni abbatis misit, ac dein desuper altare tulit. Ad hoc fuerunt isti testes. Guido Turpinus, Burchardus frater ejus, Odo de Marriniaco.

SOURCE. Baluze, 47, f. 256 avec renvoi au f. CCXIIII du *Cartulaire*.

CCCXCI.

DE ECCLESIA DE MARTHAIACO.

Vers 1100.

Geoffroy de Mayenne permet à Normand, fils de Dreux de Montoire, son prisonnier, de se faire moine. Celui-ci, en prenant l'habit religieux, donna l'église de Martoizé.

Hoc notificare curavimus monachis Sanctæ-Trinitatis,

1. En marge : Vivebat adhuc Guido, anno 1128, cum Theobaldo de Gravia.

quod Normannus, filius Drogonis de Monteaureo, captus a Gaufredo de Meduana et graviter vulneratus, se Deo vovit, et apud monachos supradictos se fore monachum, si G. qui eum captum fecerat, hoc ei concederet, promisit. Quod ille, monachis rogantibus, concessit. Venerunt igitur monachi, qui tunc Villam-Dei habitabant, Gualterius atque Fulcradus, et induerunt eum monachali habitu in roburdolio Carceris, ubi captus tenebatur. Ille vero dedit ibidem Sanctæ-Trinitati dimidium ecclesiæ de Marthaiaco, cum omnibus redditibus suis. — Ad quæ fuerunt ibi testes : Robertus frater ejusdem Normanni, qui libenter donum concessit, Haimericus, filius Hugonis, Christiana uxor ejus. Postea venit Fulcradus Montem-Aureum, ut sciret si uxor R. concederet hoc donum, quæ libenter, illo audiente, concessit, et filius ejus Hugo.

Sources. Baluze, 47, f. 240, avec renvoi au *Cartulaire*, f. IX^XX^X *v°*. — Mss. 13820, f. 342 *v°*. — Decamps, 103, f. 149. — *Cartulaire*, n° DV, avec le titre : « Item alia de eodem », renvoie évidemment à la charte précédente dont nous avons reproduit le titre, et qui est aujourd'hui perdue. — Mss. 13820, f. 342 : « Ex codice papyraceo recenter conscripto. »

CCCXCII.

DE PETRO CHOTARDO.

Vers 1100.

Pierre Chotard, se faisant moine, nous donna 12 deniers de cens qu'il percevait sur l'église de Thoré.

Posteris nostris notificamus quod Petrus Chocardus, quando ad istum ordinem venit, nobis XII denarios census

dedit, quos ei solvebamus de ecclesia de Tauriaco. Ad hoc fuerunt isti testes duo filii ejus : Helias et Arnulphus et soror eorum Adeleidis, qui libenter concesserunt donum, Gaufredus Jordanus comes, filius ejus Grisagonella, Eufronia comitissa, Hugo de Sancta-Mora[1], Garnaldus, Fulcherius filius Domitillæ, Odo Grossus, Ulricus Barellus, Godefredus de Aziaco, Fulchradus de Cella, Gofridus Luel, Robertus archidiaconus, Guilhermus Guegna-Moram. De serventibus ipsius Chotardi : Gir de Tauriaco, Bernardus de Rupibus, Odo Balduinus de Manliaco.

Sources. Mss. 17049, f. 708, avec renvoi au f. 190 du *Cartulaire*. — Baluze, 47, f. 258. — Decamps, 103, f. 149. — *Cartulaire*, n° DVI.

1. Hugues, seigneur de Sainte-Maure, fut excommunié pour les vexations imposées par lui aux habitants de Saint-Espain. Il reconnut sa faute, et en témoignage de repentir donna trois deniers « quorum unus huic cartæ inseri jussit », 1084. D. Housseau put encore voir de son temps ce denier attaché à la charte. (D. Housseau, n° 804).

Hugues avait épousé Aenorde, fille de Bergay de Montreuil et d'une sœur de Gelduin de Saumur, ce terrible chevalier que Foulques Nerra appelait le diable de Saumur : « Fugiamus Salmurense dæmonium. » Gelduin, dit-on, descendait des Danois, il fut le fidèle de Eudes II, comte de Blois. Après la perte du château de Saumur, que Foulques Nerra lui avait enlevé par surprise, Gelduin reçut la garde du château de Chaumont-sur-Loire, récemment construit. Il eut aussi la seigneurie de Nanteuil et de Pontlevoy. C'est en cette qualité qu'il fonda l'abbaye de Pontlevoy, où il établit une colonie de ses anciens moines de Saint-Florent de Saumur, en 1033, à l'époque même où Geoffroy Martel fondait la Trinité. Il avait hérité de Pontlevoy de ses ancêtres, dit-il dans la charte de fondation, malheureusement il ne les nomme pas. Gelduin est inscrit au nécrologe de Pontlevoy au 2 des ides de septembre, 12 septembre. Nous ignorons l'année. De sa femme Adenor, Gelduin eut une fille nommée Chaux, mariée à Frangul, seigneur de Fougères, et un fils, Geoffroy, appelé Geoffroy la Belle-Fille, à cause de sa beauté, et qui suivit le duc Guillaume à la conquête de l'Angleterre.

CCCXCIII.

DE RAINALDO RUFO.

Vers 1100.

Domnus abba G, dedit Rainaldo Rufo in vita sua tantum quamdam terrulam quæ est post domum suam. Unde testes qui audierunt Gosfridus Grisagonella filius comitis[1], Acharias Paganus pedagogus ejus, Guillelmus Turpinus, Giraldus de Ferraria.

Sources. Baluze, 47, f. 258. — *Cartulaire de la Trinité*, n° CCCCXCIII.

CCCXCIV.

DE SEDATIS QUIBUSDAM MALIS CONSUETUDINIBUS APUD CREDONEM.

Vers 1100.

« *Notice sur Rainaud, seigneur de Craon, fils de Robert le Bourguignon, qui remet aux religieux de Saint-Clément les droits qu'il perçoit certains jours* ». (*Housseau.*)

Necessarium duximus memoriæ tradere quod Rainaldus de Credone[2], filius Roberti Burgundi, dedit nobis

1. Geoffroy Grisegonnelle n'était pas encore comte.

2. Renaud de Craon, fils de Robert le Bourguignon, avait épousé Agnès, encore appelée Enoguen et Domita, fille de Robert de Vitré et de Berthe de Craon. Il fonda l'abbaye de la Roë, à la prière de Robert d'Arbrisselle, en 1096. Il mourut le 16 décembre 1101. Ses fils sont Maurice, qui lui succéda, Henri, Robert

quasdam consuetudines et exactiones quas prædecessores sui injuste sibi retinuerant. Consuetudines istæ dominica die post processionem esse incipiebant et usque in finem diei sequentis durabant. Erant autem tales : Omnium quæ apud Credonem ubicumque in burgo etiam nostro, vel in curia nostra vendebantur, et emebantur, a supradicta hora usque in finem diei in qua feria[1] in supradicto castello habetur, omnium venditiones suæ erant. Dedit itaque nobis venditiones et forfacta de burgis nostris, pro anima patris sui et matris suæ, atque uxoris et sua, et filiorum et parentum suorum, precibus et amore domni G. abbatis cognati sui. Testes ipse: Rainaldus, Henricus, filius ejus, qui libenter concessit, Hugo filius Othovei, Rainerius Turboth, Bernardus de Vitreio.

Sources. Baluze, 77, f. 233 *v°*, et 139, f. 247. — Housseau, n° 1043, tous les deux avec renvoi au folio IX^XX^XII du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 149. — *Cartulaire*, ch. DXIII.

CCCXCV.

DE ECCLESIIS DE CARCERE.

Vers 1100.

Geoffroy de Mayenne donne les églises de la Chartre aux religieux de la Trinité de Vendôme, et leur abandonne la nomination des chapelains.

Contra salutem animæ suæ esse videtur ut ab homine

aussi surnommé le Bourguignon et Mahaut. Baluze, mss. 139, f. 283, cite un extrait d'une charte de la Trinité, où Renaud paraît avec ses trois fils : « Rainaldus Burgundus, Mauricius, Heinricus et Robertus filii ejus, tempore Goffridi abbatis. »

1. *Forum.*

sæculari res ecclesiastica possideatur, cum in sacris canonibus legatur quod disponendarum ecclesiasticarum rerum facultas nulli laicorum attribuatur ; quapropter ego Goffridus de Meduana dono et concedo monachis Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monasterii ecclesias de Carcere, totas quietas, sine cuiusque retractatione, in perpetuum habendas. Volo autem ut capellani qui modo easdem ecclesias tenent in vita sua, nisi forsfecerint, eas a prædictis monachis, sicut a dominis, teneant. Deinceps vero monachi capellanos quos voluerint, et sicut voluerint, in prædictis ecclesiis sicut in suis propriis, ponant. Et ut melius firmetur, firmius teneatur, verius credatur, super altare Sancti-Nicholai donum offero, presente domino Goffrido abbate et multis aliis, qui ita nuncupantur : Salomon de Fractavalle, Hamelinus filius Goffridi de Meduana, et Petrus nutritius ejus, etc.

Sources. Mss. de l'abbé Simon, à la Bibliothèque de Vendôme. — Baluze, 47, f. 260, avec renvoi au f. CCIIII du *Cartulaire*. — Mss. 13820, f. 342 *v°* : « Ex codice papyraceo recenter conscripto ». Se trouvait dans le *Cartulaire*, au n° DXXIV.

CCCXCVI.

DE GUILLELMO MONACHO NOSTRO.

Vers 1100.

Guillaume, frère de Geoffroy de Blazon, religieux profès, avait quitté le couvent. Repentant, il se soumit à une pénitence et promit soumission et fidélité.

Omnibus fratribus nostris præsentibus et futuris noti-

ficari volumus quod Guillelmus frater Goffridi de Blazone, hujus loci professus, pravorum hominum deceptus concilio, a nobis per inobedientiam recessit. Cumque per aliquantum temporis in hoc mansisset, videns, ratione dictante, nullatenus alicubi salutem suam se posse operari nisi ubi professus ante fuerat, ad nos tandem reversus est, de sua transgressione satisfacturus. Quod et juxta domni G. abbatis arbitrium facere curavit. Domnus siquidem abbas illum perire nolens benigne et pie suscepit, et juxta modum ipsius culpæ ei negligentis misericorditer tamen disciplinæ medicinam adhibuit. Prædictus vero Guillelmus, ut deinceps de sua erga nos obedientia et subjectione omnino securi essemus, in capitulo nostro, domno abbate et fratribus residentibus, ante figuram passionis Dominicæ promisit se huic loco obedientiam et omnem reverentiam omnibus diebus vitæ suæ exhibiturum. Et ne unquam se a disciplina domni G. abbatis sive successorum suorum subtraheret propria voluntate spopondit.

Source. Baluze, 47, f. 235, avec renvoi au f. ccvii du *Cartulaire* correspondant à la charte dxxxv.

CCCXCVII.

DE SEDATA CALUMPNIA TERRE DE CAPELLA ANSCHERII.

Vers 1100.

Hamelin de Langeais et ses fils se désistent de leurs réclamations sur la Chapelle-Enchérie, en présence de l'évêque Hildebert, d'abord dans l'abbaye de Saint-Georges-des-Bois, ensuite à Montoire.

I. — Notum esse volumus omnibus ad quorum notitiam pertinere videbitur, quomodo sedata est et finita calumnia

quam Hamelinus et filii ejus longo tempore fecerunt abbati G. et monachis Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis cœnobii, de terra quæ est apud Capellam-Anscherici, et de ipsa capella quæ in fevo erat. Convenerunt apud Sanctum-Georgium de Bosco episcopus Cenomanensis Hildebertus[1], et Herbertus Hospitalis monachus Sanctæ-Trinitatis, et Hamelinus cum uno filiorum suorum Petro, videlicet propter hanc ipsam calumniam diffiniendam et ibi præmissis aliquibus verbis clamaverunt solutam et quietam totam calumniam. — Ipso die venerunt apud Montem-Aureum episcopus et Herbertus et alii supradicti, et ibi calumniam clamaverunt solutam et quietam in foro duo filii Hamelini, Philippus prior natu, et Odo Duplellus, præsentibus omnibus supradictis et aliis quibusdam de vavassoribus ipsius Hamelini, scilicet Rotberto de Monteaureo, Guitberto de Sancto-Medardo.

Source. Baluze, 47, f. 278, avec renvoi au f. 208 du *Cartulaire* correspondant à la charte n° DXXXVII.

1. Hildebert de Lavardin, évêque du Mans, 1097-1125, et plus tard archevêque de Tours, 1125-1134, que nous voyons présent à Saint-Georges des Bois et à Montoire, était originaire de Lavardin, d'après une charte publiée par D. Piolin, *Histoire de l'Eglise du Mans,* tome 3, p. 436, et par M. de Déservillers dans la *Vie d'Hildebert* (*Bulletin de la Société archéologique du Vendomois,* 1864, p. 34). La charte ci-dessus est donc postérieure à 1097. Hamelin de Langeais était alors d'une extrême vieillesse, s'il est vrai qu'il reçut de Foulques Nerra, du temps de l'évêque Renaud, mort en 1016 ou 1020, la garde de Ville-l'Evêque ou Prunay (voir chartes I et VII du 1er volume). On ne peut lui donner moins de 15 ou 20 ans quand il fut l'objet de cette faveur. Il était donc à peu près centenaire ; à plus forte raison, si nous devions dater notre charte du temps de la réforme de l'abbaye de Saint-Georges, qui n'eut point lieu avant 1105 et nécessita pareillement la présence de l'évêque. (Voir l'acte de cette réforme dans notre *Cartulaire Blésois,* ch. CXIX). Hildebert, nous aimons à le croire, visita souvent son pays natal et son cher Lavardin. L'abbé Geoffroy l'invitait à y venir : « Sed veniatis Lavarzinum, quod optamus. » (Epist. 23, liv. II).

II. — Hamelinus et Petrus filius ejus ante Hildebertum, Cenomanensem episcopum, clamaverunt solutam et quietam totam calumniam apud Montem-Aureum, in foro, clamatoribus condonatis plusquam quinquaginta solidatis quas habuerant injuste de rebus Sanctæ-Trinitatis, pro quibus excomunicaverat eos, et totam terram eorum. Ricardus Romane ecclesie legatus, et Hildebertus Cenomanensis episcopus. G. abbas dedit unum palefredum ob hanc concordiam.

Source. Decamps, 103, f. 154 *v°* avec renvoi au même folio du *Cartulaire*.

CCCXCVIII.

COMMUNIO PRECUM CUM SANCTO DIONISIO.

Vers 1100.

Guillaume, abbé de Saint-Denis, étant à Vendôme, et le chapitre de la Trinité se promettent mutuellement de prier pour les religieux défunts des deux abbayes.

Noverint omnes quod domno Guillelmo Beati-Dionisii Areopagite abbati venerabili venienti Vindocinum et ejusdem ecclesie beneficium humiliter postulanti, domnus abbas G., de assensu totius capituli, totum illud ex integro concessit. Denique ut ad obitum ejus tricesimale suum in conventu haberet, a singulis vero sacerdotibus unam missam, ab aliis quinquagenos psalmos quemadmodum professi eorum. Tribus autem sociis ejus, Genitori scilicet et duobus Galteriis capellanis, ab eodem petitum est ut, videlicet ipsorum decessibus, singuli sacerdotes pro singulis III missas celebrarent, alii L psalmos.

Domnus vero G., Beati-Dionisii abbas, totidem concessit domno G. abbati, apud Beatum-Dionisium, pro eo fieri quantum ipse concesserat apud Vindocinum, singulis vero monachis Vindocinensibus conventu suo II missas, audito ipsorum obitu. In conventu quoque Vindocinensi similiter pro eis fiet.

Sources. Mss. 161 de la Bibliothèque de Vendôme, f. 130 v^{o}. — Mss. 13820, f. 300 : « Guillelmum Sancti-Dionysii Areopagitæ abbatem venisse Vindocinum et ab abbate Gofrido et ejus capitulo societatem accepisse : « Ex vetustiore obituario. »

CCCXCIX.

DE ECCLESIA BEATÆ MARIÆ DE RIPERA.

Depuis 1040 jusques et après 1045.

Geoffroy Fuel était tuteur de son frère Bouchard de l'Isle, quand Geoffroy-Martel, vainqueur du comte Thibaut et maître de Tours, lui enleva l'église de Notre-Dame-de-la-Rivière et la donna aux moines de la Trinité de Vendôme. Après la mort du comte d'Anjou, Geoffroy Fuel chassa les moines. Bouchard, devenu majeur, prit le gouvernement de son domaine, et le défendit contre les attaques de son ancien tuteur qu'il fit prisonnier, et donna l'église de la Rivière aux religieux de Marmoutier. Bouchard mourut et Fuel chassa de nouveau les moines qui furent bientôt rappelés par le seigneur légitime, Pelochin, neveu de Bouchard.

Est castellum in Turonico quod vocatur Insula, quod hereditario jure olim possidebat miles quidam, Hugo nomine, qui major natu erat duobus fratribus quos habebat, Haimericum scilicet et Gausfredum Fuel. Habuit autem idem Hugo filium unum, Burchardum nomine,

cui adhuc parvulo ipsius castelli hereditatem, moriens, dereliquit. Quo mortuo, comes Tetbaldus, in cujus potestate comitatus ille de Turonico erat, venit ad supradictum castellum, ut et illud reciperet, et cui crederet provideret; sed castelli ipsius homines, timentes ne comes castellum illud redderet matri pueri, quam non bene diligebant, quamvis intelligerent ipsum puerum supradicti Hugonis filium justum heredem esse, comitem in castello recipere noluerunt, donec obsides illis dedisset, quod de honore castelli nichil faceret sine consilio illorum. Dum hoc agerent, venit Haimericus, frater supradicti Hugonis, in ipsum castellum, quem homines cum gaudio receperunt; ipse vero Haimericus per eosdem homines quæsivit a comite ut hereditatem ipsius castelli habere posset; sed comes, qui Burchardum puerum, qui justior hæres erat, exheredare noluit, ad ultimum tali conventione concessit illi ut haberet hereditatem illam, non tanquam heres, sed tanquam advocatus pueri, usque ad annos quindecim; et sic castellum habuit, matre recedente cum puero, quod et per decem annos tenuit. Cum vero, timore Dei compunctus, monachus fieri vellet, dimisit tandem castelli procurationem supradicto fratri suo Gausfredo Fuel usque ad terminum annorum illorum quos cum comite Tetbaldo pepigerat, de quibus non plus quam quinque supererant, et hoc cum sacramento. Interim Gausfredus comes totum comitatum illum quem comes Tetbaldus in Turonico habebat invasit, et Gausfredum supradictum atque plures de castellis suis expulit, et, de hereditate supradicti pueri Burchardi, Hugonis filii, quam similiter invaserat, villam unam Riperam nomine dedit Vindocinensi abbatiæ, quam monachi aliquandiu tenuerunt[1]. Postea Gausfredus Fuel,

1. Sainte-Marie de la Rivière est citée parmi les possessions

cum totum recuperare non posset, castellum solum a comite Gausfredo, quod per invasionem tenebat, recepit, ne totum perderet, sine Ripera quam, invito illo, supradictæ abbatiæ comes dederat; sed mortuo Gausfredo comite, ipse Gausfredus Fuel, villam quam invitus perdiderat, supradictæ abbatiæ monachis expulsis, recepit. Burchardus autem puer supradicti Hugonis filius jam adultus, quem comes Tetbaldus militaribus armis ornaverat, castellum suum, sicut justus hæres, insulam, expulso avunculo suo ipso Gausfredo Fuel, recuperavit. Qui, quamvis juste expulsus fuisset, guerram maximam fecit nepoti suo, in tantum etiam ut apud Tavennam villam, quæ cella est monachorum Majoris-Monasterii, castellum firmavit, sed Burchardus, multitudine maxima militum et peditum collecta, Tavennam invasit, atque, combusto monasterio, ipsum avunculum cum suis militibus cepit, et usque ad diem mortis suæ eum in captione tenuit. Tandem timore Dei compunctus, pro reparatione combustæ ecclesiæ quæ est in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, tradidit Majori-Monasterio medietatem Riperæ; et, cum morti propinquaret, in eadem cella, a monachis Sancti-Martini suscepto habitu monachi, aliam medietatem tradidit, ita quidem ut avunculum suum supradictum, quem adhuc in captionem tenebat, sub sacramento promittere faceret, quod nullam injuriam de eadem Ripera monachis beati Martini faceret; sed, Burchardo mortuo, fidem sacramenti non servans, monachos expulit; sed Pelochinus, Burchardi nepos, recepta hæreditate sæpedicti Cas-

de la Trinité dans les chartes XXXVI, LXXXVI et LXXXVII. Geoffroy Fuel y paraît comme donateur de cette église, forcé sans doute par son vainqueur, Geoffroy Martel, comme nous le fait supposer sa conduite postérieure et comme le reconnaît la présente notice par ces mots : « *invito illo* ».

telli Insulæ, pati noluit penitus destructam esse elemosynam avunculi sui, et restitutam monachis quos ille injuste expulerat, de integro supradictam Riperam reddidit, sed tamen partem in vita sua tantum retinuit.

Source. Housseau, n° 450.

CCCC.

DE CONCORDIA FACTA INTER DOMNUM GOFFRIDUM ABBATEM VINDOCINENSEM ET GOSFRIDUM COMITEM VINDOCINENSEM ET DE SENTENTIA CONTRA DANIELEM ET CAPITULUM PROLATA.

1100.

De graves démêlés surgirent entre l'abbé Geoffroy et Geoffroy comte de Vendôme ; l'abbé se retira à Tours, après avoir lancé sur tout le comté un interdit confirmé par Ives de Chartres. Or, un moine nommé Daniel, renégat et fugitif, ayant dérobé tous les biens de l'obédience où il avait été envoyé, vint à la cour du comte et lui débita toutes sortes de calomnies sur l'abbé, s'empara de force de son ancienne obédience et la pilla. Cependant le comte voulut faire la paix, et Euphronie, son épouse, se rendit à Tours en discuter les bases et donna plusieurs barons pour otages. Peu de temps après, le comte lui-même vint, les pieds nus, se prosterner devant l'autel et l'abbé, et jura qu'il ne ferait plus aucun tort à l'abbaye, et comme témoignage posa quatre deniers sur sa tête, et ensuite sur l'autel avec un couteau, en présence de 60 moines et de tous ses barons. Daniel aussi vint demander pardon, mais fut déclaré infâme et incapable pour toujours de régir un prieuré.

Noverint hoc homines universi, præsentes scilicet et futuri, quod domnus G. abbas cum Gaufrido videlicet de Prulliaco, comite Vindocinense, multimodas dissensiones habuerit, et ab ipso diversas tribulationes pertulerit, eo quod comes quasdam exactiones sive consuetudines in

rebus hujus loci contra justitiam vellet imprimere. Unde factum est ut domnus abba monasterium suum relinqueret, et omnem honorem Vindocinensem canonico interdicto, impetrato ab Ivone bonæ memoriæ Carnotensi episcopo [1], pro injusticia sibi facta, percuteret. Inter hæc, quidam frater Daniel nomine, de congregatione nostra fugiendo discesserat, et quicquid in quadam obedientia ubi missus fuerat, invenire potuit, secum fugitivus detulerat. Qui cum discordiam inter domnum abbatem et comitem Vindocinensem [2] audisset, venit Vindocinum, et quicquid mali de domno abbate mentiendo fingere potuit, comiti et comitissæ aliisque hominibus, quos illius adversarios cognoscebat, libenter suggessit. Quid plura? Comitem cum multa turba sæcularium secum in capitulum adduxit,

1. « Hinc patet comitis satisfactionem factam fuisse post annum 1116, quo Yvo episcopus Carnotensis obiit. »

Cette note de D. Martène est erronée. En 1117, le comte Geoffroy était mort depuis 15 ans. Le *Chronicon* place ce fait en 1100 : « Hoc anno fuit discordia inter domnum abbatem Gofridum et Goffridum istius villæ comitem, eodemque anno reconciliati sunt, ipso comite Deo et domno abbati nudis pedibus satisfacienti. » L'*Art de vérifier les dates* avait aussi relevé l'erreur de D. Martène, mais datait de 1097 à 1098. Les mots : *Yvone bonæ memoriæ episcopo* prouvent seulement que la charte-notice a été transcrite après la mort d'Yves ; mais le fait eut lieu de son vivant, puisqu'il y joue un rôle important.

2. Un épisode de cette hostilité se lit dans une charte de Saint-Laumer : « Orta fuit contentio inter familiam sanctæ Trinitatis et familiam Vindocinensis comitis, in qua unus de familia sanctæ Trinitatis Ascelinum vicarium comitis ad mortem usque vulneravit. » Blessé à mort, Ascelin manda près de lui les moines de Saint-Laumer et leur donna le quart de l'église de Perrigny, plusieurs terres, etc. Ce don fut confirmé par le comte et la comtesse de Vendôme, Geoffroy et Eufrosine. Sulpice et Lisoie d'Amboise et Sulpice de Chaumont, et même Ingelbaud le Breton de Vendôme, qui s'y étaient opposés d'abord, l'approuvèrent bientôt pleinement. (*Histoire de Saint-Laumer*, par D. N. Mars, p. 373 ; original en parchemin aux *Archives de Loir-et-Cher*). Cette charte était scellée d'un sceau équestre déjà tout brisé en 1636, d'après un vidimus.

locum quem fugiendo forsfecerat arripuit, adeo etiam contra domnum abbatem et suam christianitatem se armavit, ut, quodam fratre de una obedientia expulso, per violentiam comitis, eam sibi subriperet. Cum vero Deus furorem comitis mitigare et malitiæ jam dicti fugitivi finem imponere decrevisset, comitissa Turonum venit, et ibi cum domno abbate pacem et concordiam, coram memorato episcopo fecit. Concordia utique hujusmodi fuit, comitissa fidem suam manu ad manum episcopo promisit, ut deinceps nullo modo domno abbati damnum corporis sui vel honoris quæreret. Unde et quosdam barones suos obsides per fidem donavit. Barones isti sunt : Garnaldus, Turpinus, Hulricus, Bocellus, Hilgodus frater ejus, Rainaldus Rufus, Lancelinus filius Gervasii. Non multo post tempore, ipse comes auctoritate beati Petri et legatorum ejus, Johannis videlicet et Benedicti, constrictus, nudis pedibus cum quibusdam suis, qui cum eo capitulum nostrum violenter intraverant, prostravit se ante altare dominicum, et domni abbatis pedibus, ibique promisit coram Deo et sanctis ejus, quod nunquam deinceps personæ domni vel cujuslibet monachi sui damnum aliquod qualibet occasione quæreret, et quidquid in rebus monasterii prius reclamaverat, seposita omni controversia, quietum dimisit, IIII etiam denarios super caput suum posuit, quos inde super altare cum quodam cultello misit; quatinus non solum præsentes, verum etiam homines post futuri quam firmiter hoc actum fuerit plenius agnoscere possent. Hujus rei testes sunt: domnus G. abba, et cum eo monachi LX, ipse comes Gofridus, Paganus Turpinus, Guillelmus filius Frodonis, Galterius nutritius, Gernaldus, Odo Grossus et alii plures. Cum autem memoratus retrogradus locum vel latibulum non inveniret ubi suam pravitatem exercere valeret, ad domnum abba-

tem venit, misericordiam quærens. Domnus siquidem abba, non mala pro malis, immo pro malis bona illi restituens, eum in congregatione recepit. Sed ne ejus longa malitia inulta remaneret, hanc de eo, sexto die Nativitatis Dominicæ, in capitulo sententiam dedit, ut nullus ulterius aliquam cellam sive obedientiam regendam illi commendaret. Et quia longe lateque actionem suæ pravitatis disperserat, infamis semper haberetur, ut vel se universi rebelles queant agnoscere quam graviter delinquant qui adversus patres armantur. Dicit enim sancta scriptura, quia sic odit Deus eos qui adversus patres armantur et ecclesiæ sanctæ invasores, ut in omni mundo notantur infamia.

Sources. Dom Martène, t. I, p. 343. — Decamps, 103, f. 152 *v°*. — Baluze, 139, f. 278 et 247. — Mss. 13820, f. 330 et 299. — *Cartulaire de la Trinité,* n° DXX. — Mss. Phillipps, n° 25058, f. 147 : « Ex eodem Tabulario, fol. IX^XX^XV *v°*. »

CCCCI.

LITTERA CANONICORUM SANCTI-MAURICII.

1101.

Les chanoines de Saint-Maurice d'Angers invitent l'abbé Geoffroy à venir assister à l'élection de leur évêque.

Anno incarnationis dominice M. C. I, indictione VIII[1],

1. Housseau et Baluze écrivent IX. Cette même année, l'abbé Geoffroy assistait à la reconnaissance par Césaire, chevalier d'Amboise, des droits de Marmoutier sur la terre de Beauvoir. « Testes : de monachis sanctæ Trinitatis, domnus abba Goffridus, Andreas crucifer ejus, Hamelinus prior Sancti Clementis de Credone » (Housseau, IV, n° 1201). On voit par cet André, porte-croix de l'abbé Geoffroy, que celui-ci portait ostensiblement les insignes cardinalices. Ce crucifer paraît assez souvent : ch. CCCCXVII.

miserunt has litteras G. abbati Vindocinensi canonici Santi-Mauricii Andegavis, isti precipue : Stephanus decanus, H. cantor, W. archidiaconus. « Dilectissimo patri « suo et amico karissimo G., Vindocinensium abbati vene- « rando, S. decanus et H. cantor et G. archidiaconus, « salutem et orationem. Supplicamus paternitati vestre « ut ecclesie Andegavensi succurrere, sicut discretissi- « mus pater, sicut catholicus, sicut Romane ecclesie filius, « et concilium et auxilium vestrum exhibere non diffe- « ratis. Volumus enim, Deo juvante, de electione pontifi- « cali, in crastino sancti Petri, cum vicinis episcopis « et abbatibus et religiosis viris colloqui et tractare et « quantum poterimus, diffinire. Huic ergo colloquio ves- « tram presentiam interesse exoptamus, et consilium et « auxilium vestrum nobis non subtrahi supplicamus, sed « exiberi. Confidimus itaque quod, Deo propitiante, rem « ad finem perducemus. Valete. Quod rogamus facite. »

Sources. *Cartulaire de la Trinité,* n° 8 préliminaire, fol. III. — Mss. 25058, f. 92 : « Ex tabulario Vindocinensi, fol. III *v°*, col. I ». — Housseau, IV, n° 1200 ; « Archiv. Vindocinens. », mais ne commence qu'au mot « *dilectissimo* ». — Baluze, n° 47, f. 235, n° 77, f. 304 et n° 139, f. 269. — Mss. 12700, f. 277. — Mss. 13820, f. 303.

CCCCII.

DE TERRA AD BARRAM SARNERIARUM.

Vers 1101.

Ulric Bucel, partant pour Jérusalem, donne à la Trinité la dîme d'une terre sise à la Barre de Sasnières, que lui avait donnée Geoffroy de Preuilly, dit Jourdain, comte de Vendôme.

Notum sit tam futuris quam presentibus quod Gaufridus

de Pruilliaco, Jordanus cognomine, comes Vindocinensis, quemdam militem, Ulricum Bucellum scilicet, fere omnibus aliis suis militibus cariorem et familiorem habuit. Cui ejus valetudine cognita, atque probitate in pluribus negociis experta, multa bona contulit et quandam terram ad Barram Sarneriarum sibi suisque heredibus jure hereditario possidendam concessit, et donavit. Tandem predictus Ulricus Bucellus, magis sollicitus de anime sue salute quam de honore hereditatis terrene, predicte terre et aliarum terrarum quas habebat, quendam fratrem suum Hilgotum Bucellum heredem constituit, et, ut Xristum lucraret, in Jerusalem perrexit[1]. Antequam vero ipse Ulricus in Jerusalem pergeret, de terra illa, quam sibi nobilis comes Goffridus de Prulliaco ad Barram Sarneriarum dederat, totam decimam et de luctua et de guasta, pro redemptione anime sue, monachis Vindocinensibus in elemosinam dedit. Quod donum Hilgotus Bucellus frater ipsius Ulrici cum ipso Ulrico fecit et concespit. Quod viderunt et audierunt isti.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXVII *v°*, n° 844.

CCCCIII.

DE TERRA CECORUM.

1101.

Cirographum quo constat terram Cecorum communem

1. Il suivit sans doute son seigneur et bienfaiteur Geoffroy de Preuilly, qui partit à la croisade en 1101, comme le constate la charte ci de notre *Cartulaire Blésois* « Gaufrido comite Vindocinensi ad Jerusalem abeunte » et la charte ccccv ci-après.

esse inter abbatiam Vindocinensem et Andream Tarardon, tam in antiquis quam in acquirendis. M. C. primo.

Source. Mss. 273, de Vendôme, f. LXXIIII *v°*, X.

CCCCIV.

1102.

Robert de Longa-Ulmo et Adelidis sa femme recognurent qu'ils avoient injustement revandiqué un petit bien en présence de l'abbé Geoffroy et de tout le chapitre. Actum Vindocini anno ab incarnatione Domini MCII.

Source. D. Verninac, mss. 393, f. 240, à la bibliothèque d'Orléans.

CCCCV.

DE SAVIGNIACO.

Après 1102.

Geoffroy de Preuilly, comte de Vendôme, nous avait donné l'église de Savigny. A la nouvelle de sa mort, Eufrosine, son épouse, nous l'enleva. Excommuniée par le légat Brunon et par l'évêque du Mans, elle fit sa soumission entre les mains de l'abbé Geoffroy.

Notum sit omnibus posteris nostris quod Goffridus de Prulliaco, comes Vindocinensis, ecclesiam de Savigniaco[1],

1. Les Archives départementales de Loir-et-Cher contiennent près de 200 déclarations ou aveux faits au prieur de Savigny à partir du milieu du XV^e^ siècle jusqu'en 1750. Parmi les déclarants nous trouvons au XVIII^e^ siècle : Célestin Charlot, sieur de la Brosse, officier de panneterie du roi, demeurant à Conan, 1711. Louis Léonard Alphonse de la Barre, chevalier, seigneur de Guéritault, mari de dame Françoise de Constance. Pierre Crosneau, conseiller et procureur du roi en l'élection de Vendôme,

quæ de patrimonio suo erat, concedente uxore sua, comitissa Eufrosina, dedit huic loco Sanctæ-Trinitatis. Quæ tamen postquam eumdem maritum suum Hierusalem cognovit esse defunctum[1], instigante malitia supra dictam nobis ecclesiam abstulit. Unde factum est ut a legato Romanæ ecclesiæ, Brunone scilicet, et ab episcopo Cænomanico excommunicaretur. Postea autem in curiam ejusdem Cenomanensis episcopi cum domino abbate nostro Goffrido ad placitum veniens, convicta omnium judicio, rationis quoque et æquitatis admonita consilio, et eandem ecclesiam et ejusdem ecclesiæ terras sicut antea ex dono præfati mariti sui tenueramus, in manu jamdicti domini G., abbatis nostri, quietas et solutas in perpetuum donavit et concessit. Testes : episcopus Hildebertus Cenomanensis, Paganus archidiaconus, Josbertus archidiaconus, Goffridus decanus, Graulfus archidiaconus. Ex parte ejus : Poolinus de Sancto-Karileffo, Harduinus, frater ejus, Galterius de Villeris, Fulcherius, Galterius presbiter. Ex parte nostra, domnus abbas noster G., Angelbaldus monachus noster, Radulfus monachus, Robertus monachus, Gosbertus, abbas de Sancto-Karileffo, Arnulfus monachus ejus.

Sources. Mss. 17049, f. 717. — 12780, f. 279 *v°*. — 13820, f. 311. — Housseau, n° 10883. — Decamps, 103, f. 156. — Baluze, 47, f. 279 *v°*. — 139, f. 249.

1711. Simon Gasselin, sieur de Bompart, 1714. M^re^ Jean Amédée des Noyers de Lorme, chevalier, seigneur comte de Montoire, baron de Lavardin, seigneur châtelain de Savigny, conseiller du roi, président en la chambre des Comptes de Blois, intendant des domaines et finances de S. A. Mgr le duc d'Orléans, commandant et intendant de l'ordre militaire de Saint-Louis. Demoiselle Anne Barillon, épouse de Dominique de La Roche. François de Salmon, seigneur du Chatellier, le Vau, Sainte-Cerotte, les Roches de Marçon, demeurant au Chatellier, paroisse de Savigny.

1. Il mourut en 1101 dans l'expédition d'Ascalon, d'après Guillaume de Tyr.

CCCCVI.

BULLA PASCHALIS PAPÆ II ; DE CARCERE

Vers 1103.

Le pape Paschal II confirme le don de trois chapelles à la Trinité par Lancelin de Beaugency, Geoffroy de Mayenne et Robert de Moncontour.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Gaufredo abbati totique Vindocinensi capitulo, salutem et apostolicam benedictionem. Omnium quidem sumus debitores ecclesiarum, sed illa monasteria vigilantiori cura respicimus quæ beati Petri juris esse cognovimus. Cum igitur Vindocinense monasterium, cui per divinam gratiam, dilecte fili Goffride, præesse disnosceris, beato Petro in alodium datum est, et ita illud sedis apostolicæ privilegio munimus, ut nulli hominum ecclesiasticorum seu secularium, nisi soli papæ, de illius abbate vel ejus possessionibus liceat judicare. Tibi præterea tuisque successoribus confirmamus quidquid vir inclytus Lancelinus de Balgentiaco illi venerabili loco contulit, tres capellas de castello Carceris[1] et quidquid Gaufredus de Meduana concedit, et ea quæ Robertus de Montecontorio ad mona-

1. Parmi les droits et privilèges du prieuré de la Chartre, nous trouvons celui de haute justice. En 1372 « Robert de Vendôme, seigneur de la Chartre, fait tenir ses assises ou fief des religieux de Vendosme, et veult que ce ne leur porte préjudice et qu'ils ne se puissent doloir ». Quelques années plus tard, en 1374, ses gens avaient fait buscher en certaines roches et tirer trois hommes qui y étaient morts ; il s'empressa de déclarer que cet exploit ne devait porter aucun préjudice aux religieux (Mss. 273 de Vendôme, f. IIIIˣˣIIII ; — mss. de l'abbé Simon).

chatum veniens obtulit, ut nulla archiepiscoporum, episcoporum seu sedis apostolicæ legatorum licentia, nulla adversariorum calumnia vel violentia ea inde alienare præsumat, vel te tuosve successores pro eis audeat perturbare. Si quis de his reclamare voluerit, ad apostolicam sedem recurrat, cujus et juris sunt, ibique quod justitia dictaverit accipiat ; nam licet abbatibus aut monachis concessum sit ministerium dispensationis, non est tamen eis data potestas alienationis. Quisquis hoc nostræ confirmationis decretum inviolatum servaverit, a summo pontifice Christo, cujus vicarii sumus, benedicatur ; qui illud scienter violaverit, nisi resipuerit et Romanæ ecclesiæ satisfecerit, cum Juda traditore in æternum damnetur. Datum Romæ, nono kalendas decembris.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, f. 29. — Mss. 13820, f. 326. — Mss. 273 de Vendôme, f. VI, k. III.

CCCCVII.

BULLA PASCHALIS PAPE II.

11 mars 1103.

Le pape Paschal II confirme les possessions et les privilèges de l'abbaye de la Trinité.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Goffredo Vindocinensis monasterii abbati[1], ejusque suc-

1. Les relations de l'abbé Geoffroy avec le pape Pascal II furent toujours les plus affectueuses. Nous avons encore huit lettres adressées par l'abbé au pape (nos 2 à 9 du livre Ier), où il lui décerne les titres du plus profond respect. Cela toutefois ne l'empêcha point de reprocher vivement au pontife sa faiblesse dans la question des investitures, et sa lettre (Epist. VII, lib. I), restera comme un monument à la fois d'énergiques et respec-

cessoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda petitio. Tuis igitur, fili in Christo charissime Goffrede, petitionibus annuentes, Vindocinense cenobium, cui, Deo auctore, in abbatem præesse dignosceris, præsentis decreti auctoritate munimus, quod videlicet cœnobium Goffredus, bonæ memoriæ Andegavensis comes, et Agnes, Pictaviensis comitissa, in jure suo, sumptu suo, pro animarum suarum salute, constructum, summæ ac individuæ Trinitatis nomine consecratum, beato Petro Apostolorum principi et sanctæ ejus Romanæ ecclesiæ in alodium proprium obtulerunt. Et nos itaque, secundum prædecessorum nostrorum apostolicæ memoriæ Gregorii septimi et Urbani secundi auctoritatem, prefatorum comitum votum et oblationem firmantes, præfatum monasterium sub protectione sedis apostolicæ specialiter permanere et ab omni jugo aliarum personarum immune persistere, mansuro in perpetuum

tueuses représentations de la part d'un inférieur envers son supérieur.

Comme Urbain II, Pascal II vint à Vendôme. Nous en avons le témoignage explicite de l'abbé Geoffroy : « Optimæ memoriæ papa Urbanus, et qui nunc est, dominus Paschalis papa in ecclesia nostra, ubi suæ charitatis gratia per undecim dies manserunt... privilegia nostra viderunt » (Epist. XVIII, lib. I). Ce voyage aurait eu lieu en 1107, d'après L. Comdain (*Etude sur Geoffroy,* p. 270).

Nous ne voyons donc pas sur quel motif s'appuie M. de Petigny pour écrire ceci (page 427) : « Rien ne prouve que le pape Pascal soit jamais revenu à Vendôme depuis son élévation au trône pontifical ; on sait que, n'étant encore que cardinal, il y accompagna Urbain II en 1096 ». Le *Compendium* du mss. 11819 hésite même à lui attribuer la consécration de l'autel de saint Eutrope : « Altare sancti Eutropii quod retro altare majus etiam nunc extat perhibetur fuisse consecratum a summo pontifice vel Urbano II... vel Paschali. » Nous avons produit des textes contemporains qui attribuent d'une manière certaine cette consécration à Urbain II (ch. 354, note).

decreto, sancimus. Per præsentis igitur privilegii paginam, apostolica auctoritate statuimus ut quæcumque a prædictis comitibus ecclesiæ vestræ oblata et predecessorum nostrorum privilegia confirmata sunt, et quæcumque hodie idem cœnobium possidet, sive in futurum, concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium animarum, quælibet poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant; in quibus hæc propriis visa sunt exprimenda nominibus : ecclesia Sancti-Georgii in Oleronis insula, cum magna parte ejusdem insulæ, ecclesia Beatæ-Mariæ de Surgeriis, ecclesia Sancti-Sepulchri de Balgenciaco, ecclesia de Audreio, ecclesia Sancti-Saturnini, quæ est super Ligerim, ecclesia Sancti-Nicholai de Olerone, ecclesia Santi-Petri de Monte-Foleti et quicquid Robertus de Monte-Contorio Vindocinensi cœnobio donavit, et ejus filius Berthrandus[1] de suo jure consensit. Præcipimus etiam ut Sancti-Salvatoris juxta Andegavis muros ecclesia, cum Sancti-Eutropii capella parrochiali, vestro cœnobio tanquam capiti membrum semper adhereat, et ejus universa dispositio in tua tuorumque successorum manu absque alicujus contradictione persistat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat præfatum cœnobium temere perturbare, aut ejus possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnibus profutura. Præterea statuimus ut Andegavensis, Pictavensis ac Vindocinensis comites omni tempore sint defensores ac adjutores ejusdem loci, ad honorem apostolicæ sedis. Et si quis contra locum illum molestiam litis pro aliquibus rebus

1. Rainaldus.

inferre voluerit, nullatenus consentiant, antequam apostolicam sedem consulant; quia quicquid sine judicio aut consensu nostro pervasum vel distractum fuerit, alicujus judicio irritum erit, nec eorum quilibet aliquam exactionem sive consuetudinem Vindocinensis monasterii rebus inferat, nec in eis aliquid vendicare præsumat præter patrocinium solum, quod eis ad honorem apostolicæ sedis exhibere permissum est. Obeunte te vel tuorum quilibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam decreverint eligendum, non tamen sine trium abbatum consilio, quos religiosores in vicinis provinciis habere contigerit. Electus autem abbas a Carnotensi episcopo benedicatur, omni professione vel cujuslibet rei exactione seposita, si tamen idem episcopus communionem et gratiam apostolicæ sedis habuerit, et si ordinationem ipsam gratis ac sine pravitate exhibere voluerit, alioquin ad Romanum pontificem recurratur. Præterea præcipimus ut tam in Vindocinensi loco quam in prædicta secus Andegavim Sancti-Salvatoris ecclesia, sine Romani pontificis licentia, nulli episcopo liceat potestatem aliquam aut dominationem exercere aut excommunicare seu interdicere, etiamsi forte contigerit Carnotensem aut Andegavensem patriam, pro culpis quibuslibet, excommunicari, ita tamen ut excommunicatos ipsi non recipiant, neque etiam subditas ei cellas, ubicumque sint, excommunicare, vel interdicere cuiquam liceat, nisi apertis pro culpis, et quas Vindocinensis abbas et fratres, canonice ab episcopis admoniti, emendare contempserint. Ad indicium vero peractæ hujus à Romana ecclesia libertatis, per annos singulos de moneta vestræ patriæ duodecim solidos Lateranensi palatio persolvetis... Sane

si quis in crastinum archiepiscopus aut episcopus, imperator aut rex, princeps, marchio, aut dux, comes, vicecomes, judex aut persona quælibet, potens aut impotens, hujus nostri privilegii paginam, sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, eamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore Dei et domini redemptoris nostri Jesu-Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu-Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Scriptum per manum Petri notarii regionarii, et scrinarii sancti palatii. Ego Paschalis catholicæ ecclesiæ episcopus. Datum Laterani per manum Johannis sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis, v idus martii, indictione x, incarnationis dominicæ anno MCIII, pontificatus autem domini Paschalis secundi papæ II.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, f. 26. — Mss. 12780, f. 255. — Mss. 13820, f. 356. — Decamps, 103, f. 154. — Baluze, 139, f. 259. — Citée par Simon, II, p. 123. — Se trouvait dans le *Cartulaire de la Trinité* au n° dxxxiii.

CCCCVII *bis*.

Une autre bulle semblable à celle-ci, à peu de choses près, publiée dans le Cartulaire de la Trinité pour la Saintonge, *ch.* li, *contient la mention des insignes cardinalices ; voici ce passage :*

« Mitram, dalmaticam, sandalia et alia quæ dignitatis cardinalis insignia tibi tuisque successoribus concedimus.

Quicquid præterea possessionis, dignitatis vel immunitatis eidem cœnobio a sede apostolica concessum est, nos quoque ratum et integrum perpetuo manere censemus[1]. »

CCCCVIII.

SOCIETAS CONCESSA ROBERTO ARCHIDIACONO CARNOTENSI ET POSTEA MONACHO VINDOCINENSI.

1102-1104.

Les religieux de Marmoutier accordent le bénéfice de l'association à Robert, autrefois archidiacre de Chartres, mais alors moine de Vendôme, à cause des services qu'ils en avaient reçus.

Omnibus quibus oportet manifestum fieri volumus quod nos, scilicet monachi Majoris-Monasterii, domno Rotberto, prius quidem Carnotensi archidiacono, deinde vero Vindocinensi monacho, propter innumera beneficia quæ, dum adhuc esset in clericali habitu, nobis multotiens impendit, societatem nostram in capitulo nostro ex integro concessimus, ita dumtaxat ut in vita sua locum et ordinem suum inter nos proprie designatum semper habeat, et post mor-

1. Ce privilège de porter les ornements épiscopaux était le complément nécessaire de la dignité cardinalice. Il devint bientôt plus fréquent à mesure que l'immunité des ordres religieux de toute juridiction épiscopale fut plus répandue ; il est aujourd'hui de droit pour tout abbé régulier. L'abbé de Vendôme fut un des premiers à en jouir, et ce privilège, qui a toujours été la marque extérieure de l'immunité, souleva bien des mécontentements, comme l'exemption elle-même. L'évêque de Chartres, Geoffroy de Lèves, qui voyait son autorité diminuée, laissa paraître son étonnement ; l'abbé lui répondit avec vivacité : « Certe non plus in concessione ornamentorum sacerdotalium (nempe episcopalium) ab apostolica sede abbatibus indulgetur, quam illi qui sine vitæ moribus et ordinibus sacris episcopus eligitur » (Epist. 27, lib. 2).

tem pro eo, tanquam pro uno professo nostro, per omnia faciamus. Ipse autem tanto, accepto beneficio, non usquequaque ingratus existens, quadraginta libras denariorum Carnotensis et xx alterius monetæ, quos ei ex antiquo debebamus, et quos, quando habitum monachilem primo recepit, pro hoc ipso sicut idem testatus est, coram idoneis testibus sibi denominate retinuit, pro absolutione anime sue et parentum suorum, patris matrisque suæ et fratris sui, in eodem capitulo nostro nobis ex toto perdonavit, audientibus et videntibus: domno abbate Hilgodo Majoris-Monasterii et domno Willelmo abbate Sancti-Petri Carnotensis, domnoque Willelmo Calvo, priore claustri, et domno Hainrico hospitalario, domnoque Petro cognomento Laideth, omnibusque qui tunc in presenti capitulo aderant, ad quod etiam audiendum postea adducti sunt ex famulis : Sancelinus cellararius, Rotbertus Tortum-Capellum, Rainaldus frater Landrici coqui, Stephanus paratus, Gualterius Hildemari.

Source. Mss. 12878, f. 376 *v°* : « Ex autographo. »

CCCCIX.

BULLA PASCHALIS PAPÆ II.

Vers 1105.

Le pape Paschal II ordonne aux évêques de Sens et de Chartres d'observer strictement les décrets du concile de Clermont.

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus et coepiscopis D. Senonensi et J. Carnotensi[1],

1. Daimbert, archevêque de Sens et Yves, évêque de Chartres. Voir dans le *Cartulaire Saintongeais*, n° lii, une bulle sembla-

salutem et apostolicam benedictionem. Juxta sanctorum canonum sanctiones non ignotum esse credimus, quod ulcionis maneat ecclesiastici ordinis viros apostolice sedis decreta spernentes. Ipsi enim Arvernensi consilio affuistis, in quo, præsidente prædecessore nostro bone memorie papa Urbano, considentibus Galliarum episcopis, decretum est ut altaria que ab annis XXX et supra, sub vicariorum redemptione monasterio possedisse noscuntur, quiete deinceps et sine molestia qualibet monasteriis ipsis firma permaneant, salvo utique episcoporum sinodali censu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt. Vos autem huic simplicitati incongruas duplicitates innectitis, et personarum redemptionem, mutatis nominibus, extorquere conamini. Unde oportet nos hujusmodi versucias sinceritate veritatis apostolicæ obviare. Precipimus igitur ut decretum illud omnino integre teneatur, nec super illud quicquid ulterius pro eisdem altaribus exigatis. Sane quod vobis dicimus, ceteris quoque Galliarum episcopis erga suarum diocesum monasteria precipimus observandum.

Sources. Mss. Phillipps, n° 25058, f. 151 : « Ex Tabulario, f. IIᶜXX *v°* ». — Baluze, 47, f. 235.

CCCCX.

DONUM RADULPHI DE BALGENTIACO.

1105.

Raoul de Beaugency donne un bois à la Trinité, avec réserve en faveur de sa femme.

Notum sit omnibus fidelibus quod domnus Radulfus

ble adressée à Yves de Chartres et à Ranulfe de Saintes, mais datée du 2 des ides de mars.

de Balgentiaco dedit sanctæ Trinitati et ejus Vindocinensi monasterio, et monachis de Sancto-Sepulchro, in manu domni G. abbatis, quemdam boscum qui vocatur Bruul, et quamdam aquam quæ vocatur Vua —, excepto quod uxor ejus, domna Mathildis, in uno quoque sabbato habebit plenum calannum de ramalibus ipsius bosci ad se calefaciendum, quamdiu morabitur Balgenciaci. — Hoc donum præcepit domnus Radulfus portari cum quodam cultello per Hainricum senescallum super altare Sancti-Sepulcri. Actum est hoc Balgenciaci, anno ab incarnatione Domini nostri MCV, indictione XIII. Nec illud silendum putavimus, sed potius huic cartæ imprimere curavimus, quod eo tempore quo ista facta sunt, prædictus domnus Radulfus de Balgenciaco nullum adhuc hæredem de uxore sua habuerat.

SOURCES. Baluze, 47, f. 259, avec renvoi au folio CCXXXIIII du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 144, même origine. — D. Verninac, mss. 394, f. 242 avec indication de la charte DCLI du *Cartulaire*.

CCCCXI.

BULLA PASCHALIS PAPÆ II^i^, DE BALGENTIACO.

Vers 1105.

Le pape Paschal II confirme les donations de Landri et de Raoul de Baugency.

Pascalis papa congregationi Vindocinensi. Veniente ad nos charissimo filio nostro Gaufrido, abbate vestro, didicimus quod honorabilis vir Landricus, qui et Lancelinus de Balgenciaco dictus est, in ipso castro, ad honorem Dei et

salvatoris nostri Jesu-Christi, et ejus sanctissimi sepulchri ecclesiam ædificaverat, et beatissimæ Trinitati ejusque Vindocinensi monasterio, cum aliquantis rebus de suis, donaverit; quam quidem ecclesiam Radulfus, filius Lancelini, a probitate patris non degenerans, dilexit et ornamentis et possessionibus augmentavit. Et nos itaque eorum devocionem laudantes, predictam ecclesiam Sancti-Sepulcri et omnia quæ ipsi vestro cœnobio contulerunt, vobis vestrisque successoribus illibata permanere censemus; quicquid præterea, etc... loco vestro concessum, etc... firmamus, etc. Datum Laterani, III idus martis.

Source. Mss. 13820, f. 354.

CCCCXII.

DE AQUITANCIA CREDONENSIS ECCLESIÆ.

1105.

Sentence de Geoffroy IV Martel, comte d'Anjou, où il appert que tous les biens donnés aux bénédictins de Vendôme par Geoffroy, comte d'Anjou, oncle du susdit, étoient restés dans le domaine et sous la seigneurie directe des comtes d'Anjou; en vertu de quoi Maurice de Craon est condamné en présence de nombreux seigneurs à réparer les dommages qu'il a causés au prieuré de Saint-Clément. (*Archives de la Mayenne, sommaire inscrit au dos du titre.*)

In nomine Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Goffridus, Dei gratia Andegavorum comes, cognomine Martellus, nostris successoribus et universis sancte Dei ecclesie fidelibus, notum fieri in perpetuum volui quod Mauricius, dominus castelli quod Credonum dicitur, rebus Sancti-Clementis, que ab avunculo meo

nobilissimo comite Goffrido, Vindocinensi monasterio quod ipse fundaverat, omni consuetudine, vel cujuslibet rei exactione seposita collatæ fuerant, exactiones quasdam sive consuetudines injuste conabatur imprimere[1], et in quantum poterat violenter imprimebat[1]. Quod Goffridus, tunc temporis Vindocinensis abbas, licet consanguineus Mauricii esset, minime sustinens, Rainaldo bonæ memoriæ Andegavensi episcopo, quam patiebatur injuriam humiliter suggessit, et ut tyranni malicia, que jam pullulare ceperat, ecclesiastica censura resecaretur, diligenter postulavit. Cujus precibus ac justo desiderio episcopus acquievit, et Mauricio et universæ terræ illius divinum hac de causa abstulit officium; sed sic ejus crudelis animus flecti non potuit. Abbas siquidem ad patrem meum Fulconem et ad me deinde veniens, qualiter molestabatur ipse, qualiter etiam res Vindocinensis monasterii in nostra terra per Mauricium minuebantur nobis monstravit, et quia quicquid apud Credonum possidebant, beneficium memorati avunculi nostri et nostrum erat, veraciter asseruit. Quapropter supradictum Mauricium ad nos venire jussimus, et ut in curia nostra, Vindocinensi abbati et nobis, de beneficio nostro quod injuste violaverat, omnem justitiam exequeretur, sicut hominem nostrum, admonuimus.

Quid plura? Statuto die in curiam venit, justitiam quam petieramus executurus; ibi residente nobiscum Raynaldo, laudabilis vitæ episcopo, et multis baronibus nostris præsentibus, præsente etiam Mauricio, cum hominibus suis.

Carta Goffridi avunculi nostri venerabilis comitis lecta est et recitata, in qua veracissime continebatur quod ipse ecclesiam Sancti-Clementis, cum omnibus ad illam perti-

1. *Imponere, imponebat.*

nentibus, Vindocinensi monasterio donaverat, cum honorem Credonensem dominicum haberet, antequam etiam Roberto Burgundioni honorem illum concessisset. Nam ab illius concessione seu donatione quicquid ibi Vindocinensi monasterio prorsus contulerat, sicut eadem carta asseruit, nominatim retinuit.

Huic itaque cartæ multorum Romanorum pontificum privilegia veritatis testimonium perhibebant, et illam irretractabiliter apostolica virtute corroboraverant.

Contra hec Mauricius nihil respondit. Nec mirum; quia quid responderet invenire non potuit. Ibi itaque comprobatum est ab omnibus et manifestum, et qui ante non noverant tunc noverunt, quoniam quod Vindocinense monasterium apud Credonem habuerat et habet, avunculi nostri beneficium esse dignoscitur et nostrum. Et ideo a curia dictum est et judicatum, ut quod abbati et monachis abstulerat redderet, et beneficium nostrum infideliter tractaverat, rectum et honorem nobis facere deberet.

Actum est hoc anno incarnationis dominicæ MCV, indictione XIII, apud Andegavum, in majori camera comitis Andegavensis, ubi affuerunt isti :

Raynaldus, episcopus Andegavorum,
Richardus, decanus,
Stephanus, cantor,
Goffridus, thesaurarius,
Hubertus, archidiaconus,
Garnerius, archidiaconus,
Willelmus, archidiaconus,
Guillermus Musca, canonicus Sancti-Mauricii,
Goffridus Caiphas, canonicus Sancti-Laudi,
Mainerius, canonicus,
Goffridus de Blazon, cancellarius comitis Goffridi Andegavorum,
Petrus Rubiscallus,
Johannes de Blazone,
Walterius de Montesorelli,
Paganus de Mirebello,
Simon de Boeria,
Fulco de Plaxicio,

Fulco de Mathefelone,
Harduinus de Sancto-Medardo,
Ipse Mauricius, dominus Credonis,
Robertus, frater ejus,
Mauricius Rohonnardus,
Girardus Paganus,
Goffridus filius Garini,
Orricus de Bellopratello,
Ivo[1] de Brioleto et Carbonellus,
Radulphus de Pochonaria[2], Andecavis prepositus,
Fulco, comes,
Goffridus Martellus, filius ejus,
Fulco, frater ejus,
Hugo de Sancta-Maura,
Guido de Lavalle,
Gaudinus de Clichione,
Normannus de Monterebelli,
Petrus de Chamilliaco,
Adelardus de Castro-Gunterii,
Johannes de Castello,
Goffridus de Brioleto,
Tetbaldus de Castellocelso.

De hominibus Mauricii :

Gerbertus de Chanthosciaco[3],
Guarinus Borneus,
Lisoius infans[4],
Gosbertus de Falconniaco[5],
Wido Turpinus,
Rotlandus Courandus,
Herbertus filius Drogonis,
Lisoius de Moleriis,
Sylvester de Voluta,
Pichio de Guirchia[6],
Odo de Borno, homo Guidonis de Lavalle, et multi alii quorum nomina propter nimiam numerositatem subtitulare recusavimus.

Mauricius autem judicium quod tanti viri fecerant calumpniari nullatenus præsumpsit, sed in quantum potuit, illud exequi dolose distulit. Veritate tamen et justitia cogente, et nostra adstrictus conjuratione in crastino, in

1. *Abo.*
2. *De Soconania.*
3. *Chantischosciaco.*
4. *Guarinus Bornus Lisonis infans.*
5. *Salconiaco.*
6. *Perchio de Cuirchia.*

domum que fuerat Hugonis canonici Sancti-Laudi, ubi nos eramus, venit, et quia quidquid de rebus Sancti-Clementis abstulerat, ut abbati termino quem abbas illi daret ex integro redderet, per fidem promisit, et ne abbati vel rebus suis propter discordiam quam inter se habuerant aliquid pejus faceret pariter affidavit. Nos vero precibus et dilectione abbatis, quod ob hæc nobis forfecerat, perdonavimus, et sic etiam ab episcopo Andegavensi absolutus extitit, a quo, propter injustitiam quam monachis faciebat, cum omni terra sua, interdictionis vinculo tenebatur ligatus. Hoc iterum isti viderunt et audierunt : ego ipse Goffridus comes Andegavorum, Petrus de Chemiliaco[1], Normannus de Monte-Rebelli, Petrus Rubescallus, Harduinus de Sancto-Medardo qui jussu abbatis a Mauricio accepit fiduciam, Richardus de Sancto-Quintino, Garinus Bornus, Pipinus de Ranesio[2], Gofridus de Ramoforte[3], Gofridus de Blazone, Harduinus de Sancta-Gemma, Mauricius ipse de Credone, Rotbertus frater ejus. De hominibus ejus : Herbertus de Chantosciaco, Rothardus Conrandus[4], Herbertus[5] filius Drogonis, Robertus filius Pollite, Silvester de Voluta et alii plures. In placito et judicio isto cum abbate Goffrido fuere de monachis suis : Ingelbaldus subprior Vindocinensis, Guillelmus prior Andecavis, Hamelinus prior[6] de Credone, Rainaldus Bellatesta[7] de Sancto-Saturnino.

Sources. Housseau, IV, n° 1247 : « Aux archives de Saint-

1. *Camilliaco.*
2. *Rahesio, Tabesio.*
3. *Rancoforte.*
4. *Rothandus Cornandus.*
5. *Robertus.*
6. *Subprior.*
7. *Bellaterra, Bellacastra.*

Clément de Craon, d'après une copie faite l'an 1498, sur l'original qui est à Vendôme. » — Archives de la Mayenne, H, 136, copie du XV^e^ siècle sur parchemin. — Mss. 12700, f. 293 *v°*. — Mss. 13820, f. 358 et 360 *v°*. — Mss. 5419, f. 169. — Baluze, 47, f. 232, et 139, f. 248. — Decamps, 103, f. 155. — Publiée par André Duchesne, *Histoire des Roys, ducs et comtes de Bourgogne,* f. 579. — Launoy, *Inquisitio,* p. 234, une partie seulement[1]. — De Bodard, *Chroniques Craonnaises,* p. 590. — Se trouvait dans le *Cartulaire,* au n° DXLI. — Mss. 13820, f. 299. — Bertrand de Broussillon, *Sigillographie des seigneurs de Craon,* p. 55.

CCCCXIII.

DE CONCORDIA QUE FACTA EST INTER DOMNUM ABBATEM GOFFRIDUM ET HIEREMIAM, DE QUERELIS QUAS CONTRA NOS HABEBAT.

1105.

Jéremie de Lisle, fils de Foucher de la Tour, fait sa paix avec les moines de la Trinité.

Notum fieri volumus tam futuris quam præsentibus

1. Launoy reproche aux moines de Vendôme de ne pas indiquer la source de ce titre ; — nous y suppléons ; — de ne pas donner le commencement de la charte dans toute son intégrité ; — nous l'avons retrouvé ; — il prétend que Geoffroy ne se donnait pas à lui-même le titre de *Martellus ;* — le contraire est prouvé par un grand nombre de documents. — Sans doute l'abbé Geoffroy avait protesté contre l'élection de Renaud, mais une fois cette élection confirmée, l'abbé avait un trop grand caractère pour hésiter un instant à recourir à l'autorité de l'évêque reconnu ; ajoutons que la haute protection dont les comtes d'Anjou couvraient les possessions de l'abbaye n'était point en opposition avec sa dépendance directe et exclusive du souverain pontife, non plus qu'une sentence favorable rendue en cour laïque, qui n'était jamais acceptée que sous toute réserve. Les autres objections prouvent tout au plus que la charte n'a pas été rédigée séance tenante, mais plus tard, comme charte notice, ce qui est évident.

qualiter inter domnum Goffridum abbatem et Hieremiam, filium Fulcherii de Turre, concordia facta est de querelis quas ipse Hieremias adversus ecclesiam Sanctæ-Trinitatis clamabat. — Actum anno MCV, in quo etiam anno traditus est et occisus Goffridus Martellus, comes Andegavensium[1]. Hujus doni auctoritate ferulam quamdam in manu d. G. abbatis misit et deinde super altare dominum devote transposuit.

Sources. Baluze, 47, f. 267 *v°*. — Decamps, 103, f. 155 ; tous les deux renvoient au fol. CCXL du *Cartulaire,* qui correspond à la charte inscrite dans l'index manuscrit au n° DXLIV.

CCCCXIV.

DE QUODAM CENSU AB HILGODO NOBIS DATO.

1105.

Sciendum... Hilgodus Bucellus miles et Ulricus Bucellus frater ejus, qui in via Hierosolymitana obiit. MCV.

Source. Baluze, 47, f. 267 *v°*, avec renvoi au f. CCIX du *Cartulaire,* qui correspond à la charte DXL de l'*Index.*

1. Geoffroy IV dit Martel mourut en 1106, d'après le *Chronicon Vindocinense :* « MCVI. In ipso anno Gosfridus Martellus juvenis, comes Andegavorum, debellator et expugnator tyrannorum, protector et defensor ecclesiarum, in quadam obsidione occisus est. »

L'abbé Geoffroy assista peut-être à ses funérailles, car, cette même année, il avait été nommé par le pape Pascal II comme arbitre pour juger le procès pendant entre Archambaud et Payen, prétendants l'un et l'autre à la direction de Saint-Aubin d'Angers. Archambaud, combattu par Geoffroy, eut gain de cause et poursuivit à outrance la revendication de l'église de Saint-Clément de Craon contre le même abbé Geoffroy. Cf. Rangeard, *Histoire de l'Université d'Angers,* t. II, p. 72.

CCCCXV.

SOCIETAS CUM W. ARCHIEPISCOPO BURDIGALENSI.

Vers 1107.

L'abbé Geoffroy accorde à Guillaume, archevêque de Bordeaux, le privilège de l'association.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Goffridus, divina concedente gratia ad regimen Vindocinensis cenobii... quod de communi assensu capitulum concessit Willelmo Burdigalensi archiepiscopo [1] sociisque ejus, videlicet Bruno dyacono et P. archipresbitero Sanctonensi, commune beneficium Vindocinensis ecclesie tam in spiritualibus quam in... (*le reste est effacé*).

Source. Mss. 161 de la Bibliothèque de Vendôme, f. 87 *v°*, au bas [2].

1. Il n'y avait point alors d'archevêque de ce nom ; mais le *Gallia Christiana* cite un Guillaume, archidiacre en 1130, t. II, col. 810.

2. Le même manuscrit contient, à ce même feuillet 87, deux autres formules indéchiffrables, mais données certainement par le même abbé Geoffroy, car on y lit le même incipit : « Notum... Goffridus, etc. » L'une semble se rapporter à l'abbaye de Saint-Aubin d'Angers, et on y distingue cette autre particularité : «... Monachis Sancti Albini... sacerdote III missas et aliis psalterium. » L'autre concerne l'abbaye de Talmont : « Hoc scripto tam futuris quam presentibus notificamus singulis monachis Vindocinensibus et monachis Talemonensibus in multis querelis pacifice compositum... tandem beneficio confraternitatis... »

Avec l'acte de confraternité spirituelle publié n° CCCXCVIII, et ceux qui suivent, n°s CCCCXVI et CCCCXXVIII, nous voyons encore Geoffroy contracter alliance avec Hildebert de Lavardin, d'après Mabillon (*Ann. Ord. S. Ben.*, t. V, p. 377). Compain se fie peut-être trop sur la valeur des mots pour attribuer à Geoffroy des relations de cette nature avec Amblard, abbé de Saint-

CCCCXVI.

GAUFRIDI ABBATIS VINDOCINENSIS EPISTOLA AD CLUNIACENSES AD INEUNDAM SUFFRAGIORUM SOCIETATEM.

Vers 1107.

L'abbé Geoffroy obtient de l'abbé de Cluny l'association spirituelle.

Ego frater Gaufredus, Vindocinensis monasterii qualiscumque abbas, veniens ante præsentiam domini Hugonis, venerandi Cluniacensis abbatis [1], petii ab illo dari mihi societatem et loci confraternitatem sui totiusque gregis a Deo sibi commissi, ut qui de ropria perfectione minus præsumebam, eorum suffragiis æternam acquirerem vitam ;

Martial de Limoges : « Dilecto confratri Amblardo Lemovicensi abbati » (Ep. 22, lib. IV) ; avec Henri, abbé de Saint-Jean d'Angely : « Ipse vero mihi confratri suo » (Ibid., epist. 1) ; avec Eudes, abbé de Marmoutier : « Venerabili fratri et coabbati Odoni » (Ibid., epist. 21), et avec Archambaud, abbé de Saint-Aubin d'Angers : « Dilecto in Christo confratri Archembaldo, Sancti Albini abbati » (Ibid., epist. 11). De même, l'abbaye de Vendôme et son illustre prieuré de l'Evière inscrivirent aussi, il est vrai, leurs recommandations sur les Rouleaux des Morts, savoir sur les rouleaux de la Trinité de Caen et de l'abbaye de Savigny (Voir *Rouleaux des Morts du* IX^e^ *au* XV^e^ *siècle*, p. 206, 292, 323) ; mais la conclusion ne nous semble pas assez rigoureuse.

1. Hugues I de Semur, 1049-1109. Les relations de l'abbé Geoffroy avec Hugues furent des plus affectueuses. Voir Lettres de Geoffroy, lib. IV, epist. 1 et 2. Dans cette dernière, l'abbé Geoffroy fait allusion à l'acte d'association ci-dessus : « Vinculum charitatis quo venerabilis prædecessor vester, vir piæ recordationis, domnus Hugo sibi et monasterio Cluniacensi nos diligenter alligavit. » Les relations furent moins amicales avec Pons, successeur de Hugues. Pons avait accueilli dans son cloître Pierre Goscelin, moine fugitif de Vendôme. Inde iræ.

quod ille clementer suscipiens et libentissime complens, decrevit generali præcepto, ut quamdiu vixero, si in ejus absentia venero Cluniacum, capitulo et mensæ totique ordini vice illius præsim, et cum hac a luce migravero, ita per omnia in ipso loco requie animæ meæ agatur in orationibus et eelemosynis, sicut pro uno abbate illorum, professo vel monacho, cum adjectione tricenarii missarum, brevium quoque missione ac regulæ annotatione.

Source. Mabillon, *Vetera Analecta*, t. III, p. 481 (Voir p. 484 et suiv. les observations du même auteur sur ces sortes de sociétés). — Le *Gallia Christiana*, t. VIII, col. 1369, impose à cette charte la date de 1108. — *Codex regularum monasticarum*, II, 89, par Holstenius, 1769. — Migne, *P. Lat.* CLVII, p. 211.

CCCCXVII.

DE MEDUANILLO.

Vers 1107.

Adélard de Chateau-Gontier et son fils Renaud voulaient imposer des redevances injustes sur le bourg du Mesnil. L'abbé Geoffroy le fit citer devant le pape Paschal II au concile de Troyes. Adélard s'empressa de se désister et donna des cautions à l'abbé, qui de son côté lui fit remise de 100 *livres.*

Ad notitiam omnium tam futurorum quam præsentium hoc annotare dignum duximus qualiter, Deo auxiliante et domno abbate Gotfrido laborante, consuetudines vel exactiones quas in burgo nostro Medualino Adelardus de Castro Gunteri et Rainaldus pater ejus per violentiam impresserant, finem habuerunt. Adelardus itaque ex eodem

burgo et ex hominibus nostris ejusdem burgi quasdam consuetudines et exactiones, ut diximus, injuste exigebat, et in quantum poterat violenter optinebat, non quod ibi aliquid ab ipso vel a predecessoribus suis nobis donatum fuisset, vel quicquid sibi jure vindicare potuisset; sed de iniquitate exemplum capiens, hoc tantum objiciebat quod patrem suum per dictas injurias illic facere cognovisset. Hunc enim burgum ab omni consuetudine sive exactione liberum, sicut et alia dona sua, Goffridus Andecavorum comes et Agnes comitissa, qui monasterium Vindocinense fundaverant, eodem monasterio longe ante contulerant. Domnus vero abbas noster Goffridus has angurias diutius ferre non valens, licet consanguineus Adelardi esset, inquantum facultatem habebat, Adelardo contradicebat. Unde ille indignatus malis suis mala pejora addidit et sæpedictum burgum cum omnibus quæ ibi invenire potuit, monacho nostro etiam de obedientia ejecto, sibi impudenter assumpsit. Accidit autem eodem tempore ut domnus papa Paschalis Trecis concilium celebraret. Huic quoque concilio domnus abba noster G. interfuit[1] et ibi de supra-

1. D'après les privilèges des papes, les abbés de Vendôme étaient tenus d'assister aux conciles présidés par les papes en personne, mais exemptés de tous les autres : « Ad concilium autem coactus nullatenus veniat, quod ab ipso Romano pontifice non fuerit celebratum. » L'abbé Geoffroy s'empressa d'assister au concile de Clermont : « Præsentes eramus... in Arvernensi concilio » (Epist. xxix, lib. ii) ; et ailleurs il écrit à Ulger, évêque d'Angers : « In Arvernensi concilio non adfuistis, et ego interfui » (Epist. xii, lib. iii). La charte présente nous le montre assistant au concile de Troyes qui eut lieu en 1107. Il assista de même au concile de Reims, d'après un texte donné par D. Housseau, n° 1465 : « In presentia Gaufridi Vindocinensis... Testes... Hugo de Lavarzino Cenomanensis archidiaconus... Fromundus prior Vindocinensis. Actum Remis, in palatio archiepiscopi, sexta feria concilii celebrati sub eximio ac reverentia digno papa Innocentio. » Il fut invité au concile de Latran en 1112, mais il ne reçut la lettre d'invitation que 35 jours avant la tenue du

dicto invasore clamorem fecit; domnus vero papa episcopo Andecavensi qui aderat, ut nobis de ipso omnem justiciam faceret, apostolica auctoritate precepit. Episcopus siquidem venerabilis, apostolica auctoritate munitus, Adelardum ipsum excommunicavit et universæ terræ illius divinum officium interdixit, ita nec communionem vivi nec sepulturam haberent defuncti. Hac itaque justa excommunicatione et interdictione constrictus, universas consuetudines et exactiones, immo quæcumque in sepedicto burgo nostro et in hominibus nostris habuerat et reclamabat, domno abbati Goffrido dereliquit, et ne deinceps aliquo modo illa requireret, sed omnia quæ ibi habemus, contra omnes homines in quantum posset defenderet, et fidem suam in manu domni R. Andecavensis episcopi promisit. Unde etiam ipsum episcopum plegium et de baronibus suis quatuor obsides per fidem dedit: Jagulinum scilicet de Camaziaco, Odonem Rufum de Camaziaco, Haimonem cognomine Comitem, Galterium de Ducto-Salvagio. Domnus autem abbas non pro malis mala, immo pro malis bona, Adelardo restituens, centum libratas quas de nostro habuerat

concile et s'excusa auprès de Pascal II de ne pouvoir s'y rendre: « Litteras vestras, dilectissime Pater, triginta quinque diebus ante concilium vidi... In spatio triginta quinque dierum, reverendissime domine, me præparare et ad vos venire non potui, corporis etiam pressus infirmitate » (Epist. IX, lib. I). Yves de Chartres prétexta la même excuse, bien qu'il eût reçu l'invitation quarante-neuf jours à l'avance. Innocent excusa de même son successeur, qui n'avait pu se rendre au concile de Lyon (ch. CCCCLXV). Par contre, Geoffroy refusa positivement, en vertu de ses privilèges, d'assister aux conciles présidés en 1115 par Conon, archevêque de Préneste, légat du pape en France: « Nullus prædecessorum nostrorum alicui concilio unquam adfuit, quod ab ipso summo Romano pontifice non extitit celebratum » (Epist. XVIII, l. I). Il écrivit la même chose à Umbald, archevêque de Lyon: « Ad concilium autem Legatorum, quod salva reverentia dico, vocatus venire nec possum nec debeo », et il cite les privilèges confirmés par sept papes (Epist. XXIX, lib. I).

pro decem modiis frumenti et decem sigulæ et centum solidis ei perdonavit, ea tamen conditione ut quamdiu ipse Adelardus viveret circa res nostras fideliter haberet.

Testes hujus rei : episcopus Andegavensis, Richardus decanus ejus, Hubertus archidiaconus, Guarnerius archidiaconus, Guillelmus archidiaconus, Goffridus thesaurarius, Stephanus cantor, Guillelmus Musca canonicus Santi-Mauricii, Albericus capellanus, Mainerius canonicus Sancti-Laudi, Martinus presbiter Sancti-Georgii de Medualino, Rotbertus presbiter Sancti-Johannis de Castro-Gunterii, Rotbertus presbiter de Basogiis ; de monachis Sanctæ-Trinitatis: domnus abba Goffridus, Andreas crocifer ejus, Hamelinus prior Sancti-Clementis de Credone. De parte Adelardi : Adelardus ipse de castro Gunterii, Ivo de Jalia, Jagulinus de Camaziaco et alii plures.

Sources. Housseau, n° 1203 : « Ex Cartulario abbatiæ Vindocinensis, fol. 215 *r°*. » — Baluze, 47, f. 261 et 139, f. 248 : extrait du fol. ccxv du *Cartulaire*. — Mss. 13820, f. 299 *v°*. — *Bulletin de l'Ecole des Chartes,* 1875, p. 419, « *Chartes Angevines* », par Marchegay.

CCCCXVIII.

DE QUERELA HAMELINI DE MONTE AUREO.

1108.

Hamelin de Montoire et Pierre, excommuniés pour leurs rapines au préjudice de la Trinité, font leur soumission.

Hamelinus de Monte-Aureo et Petrus filius ejus quadam vice, inter boves et vaccas, xxi nobis abstulerunt. Unde

Goffrido abbate petente[1], ab episcopo Cenomanensi excommunicati sunt. Qua excommunicatione districti comitis maxime Cenomanensis, cujus isti homines erant, et Radulphi de Balgenciaco admonitione pariter et timore coacti, ad concordiam cum abbate venerunt, in quam terram de Vettiniaco et prata quæ calumniabantur, quia de feodo ipsorum erant, concesserunt, et abbas damnum de animalibus perdonavit. Anno MCVIII in camera ipsius Hamelini.

Source. Baluze, 139, f. 283.

CCCCXIX.

NOTITIA DE ECCLESIA OMNIUM SANCTORUM.

1108.

Girard, chantre de la cathédrale de Saint-Maurice, avait fondé l'église de la Toussaint pour le soulagement des pauvres, et l'avait donnée d'abord aux chanoines de Saint-Maurice, puis aux moines de Vendôme. Mais, après la construction de l'Evière, l'abbé Odéric en fit la remise entre les mains de Eusèbe, évêque d'Angers. Plus tard, l'évêque Renaud y établit des chanoines réguliers ; à cette nouvelle, l'abbé de Vendôme, Geoffroy, fit de nombreuses difficultés, mais enfin, sous certaines réserves, finit par donner son consentement.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, ego Rainal-

1. L'abbé Geoffroy écrivit deux lettres, la 17e et la 18e du 3e livre, à Hildebert de Lavardin, évêque du Mans, pour se plaindre auprès de ce prélat de son indulgence envers Hamelin, et surtout d'avoir levé l'excommunication lancée contre les déprédateurs par le légat du pape. L'abbé triompha de tous les obstacles et obtint de justes réparations.

dus, Dei gratia Andegavorum episcopus, necnon universus Sancti-Mauricii clerus, cunctis sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus tam futuris quam præsentibus, sanum duximus notificare, quoniam, a temporibus antecessoris mei Huberti, eumdem Hubertum, ejusdemque conventum frequentissime assedentem, adiit Girardus, eorum concanonicus, sacerdos quoque et præcentor, humillime efflagitans quatenus locum sepulturæ omnibus Christi fidelibus expositum, utpote tanti boni participes ei concederent, ubi oratorium in honore omnium sanctorum Dei a novo ædificaret; in quo presbyter ad hoc adtitularetur, ut de pauperibus visitandis et sepeliendis, ubicumque esset necessitas et ipse satisfacere posset et curaret; missas quoque pro ipsis et omnium Christi defunctorum animabus assidue decantaret, ea videlicet conditione, ut illius eleemosynæ dispositio, cum omnibus ad eam dedicatis, et dedicandis, in jus et dominationem canonicorum Sancti-Mauricii, per omnes successores cederet. Huic tam piæ et tam justæ petitioni qui rogabantur non resistentes, affectuosa unanimitate rogata concesserunt, ita ut communi canonicorum Sancti-Mauricii decreto probatæ vitæ fratres eligerentur, qui eadem bona omnia integre et sancte ad eleemosynam providerent et custodirent. Non longo post tempore, domno Eusebio, venerabilis memoriæ episcopo, jam dicti Huberti successori, et præfato Girardo atque canonicis Sancti-Mauricii, quibus memorata ecclesia, ut supra dictum est, erat tradita, placuit quatenus ecclesia ipsa Vindocinensibus monachis tribueretur, qui ibi manerent et res pauperibus deputatas, sicut prius a Girardo cantore decretum fuerat, fideliter procurarent[1]. Hanc itaque ecclesiam, cum diu monachi Vindocinenses

1. Voir plus haut la charte XCII.

non est negandus assensus, sed facile tribuendus. Vos autem jam semel et secundo petistis a nobis, ut ea quæ in episcopatu Cenomanensi monasterio vestro a fidelibus data sunt, et ea quæ antecessores vestri vel vos legitima emptione adquisistis, nostri vobis auctoritate confirmaremus, et sub patrocinio Cenomanensis ecclesiae ea susciperemus. Charitas autem exigit, ut omnium utilitatibus ecclesiarum congaudeamus, et omnibus ecclesiasticis et religiosis personis, maxime tamen domesticis et amicis, nostræ possibilitatis auxilium porrigamus. Et quoniam, per Dei gratiam, religionis fervor et ardor charitatis in monasterio vestro noscitur abundare, vos non exaudire non possumus, non possumus non amare. Præterea sanctus pater et dominus noster Innocentius, sedis apostolicæ summus episcopus, nobis præcipiendo mandavit, quatenus monasterium vestrum, sicut beati Petri proprium, pro ejus amore contra suos adversarios pro nostris viribus defendamus, vobisque tanquam specialibus ejus filiis nostrum non negemus adjutorium. Quapropter, ejus obsequentes præcepto, vestræque petitioni assensum præbentes, concedimus vobis, auctoritate Dei et nostra, quicquid in Cenomanensi episcopatu vel fidelium donatione, vel vestra legitima adquisitione adquisistis, in quibus quædam propriis nominibus censuimus designanda : ecclesiam Villæ-Dei, capellam Hugonis in foreste Gastine, ecclesiam de Hulseto, ecclesiam de Chemilleio, ecclesiam quæ dicitur Heremitarum, ecclesiam de Toreio, ecclesiam de Sarneriis, ecclesiam Sancti-Laurentii in foreste Concisa, quam nos, tempore Matthæi monachi vestri, dedicavimus, ecclesias de Carcere, capellam scilicet Sanctæ-Mariae, capellam Sancti-Vincentii et capellam Sancti-Nicolai, sub perpetuo anathemate prohibentes ne infra banleugam ejusdem castri ecclesia vel capella construatur

sine licentia Vindocinensis capituli. Supradictas ecclesias et capellas cum omnibus eorum pertinentiis vobis concedimus, Sanctique Spiritus ita auctoritate confirmamus, ut nullus prorsus hominum hæc calumniari vel retractare præsumat. Qui autem præsumpserit, damnetur in æternum et pereat, nisi resipuerit et Vindocinensi monasterio satisfecerit.

Sources. *Gallia Christiana,* t. VIII, col. 422 : « Ex autographo. » — Mss. 273 de Vendôme, f. IIII^{XX}III, e.

CCCCLXXVI.

DE ROCEIO

1135.

Boel de Beaugency nous donne la terre de Rocé ; son fils Bodelle, après quelques difficultés, consent à cette donation.

Notum sit praesentibus et futuris quod Boellus de Balgenciaco dedit Deo et nobis monachis Vindocinensibus quamdam terram apud Roceium, pro uxore sua quam nos sepulturae tradidimus. Quod Boellus filius ejus concessit. Postmodum vero eamdem terram Bodellus junior nobis inquestare coepit, asserens quia eam nobis non concesserat ; sed tandem, saniori usus concilio, Vindocinum venit, et quia praedictas inquietudines injuste fecisset recognovit, praefatamque donationem iterum faciens, super altare dominicum cum quodam cultello posuit. Actum Vindocino, anno incarnationis Dominicæ MCXXXV.

Sources. Baluze, 47, f. 243 *v°*, avec renvoi au f. CCXL *v°*, du *Cartulaire*. — Mss. 13820, f. 340 : « Ex mss. codice papyraceo antiquo et denso ». — Mss. 12700, f. 278.

CCCCLXXVII.

CAUSA ULGERII EPISCOPI ADVERSUS ABBATEM VINDOCINENSEM PRO ABBATE DE ROTA, ALIAS BEATÆ MARIÆ DE BOSCO, ANTE DOMINUM PAPAM.

1136[1].

Ulger, évêque d'Angers, plaide auprès du pape Innocent II la cause de l'abbaye de la Roë, au sujet de l'église Saint-Nicolas de Craon, contre l'abbaye de Vendôme.

I. — Unice Pater orbis et Domine. Caritas et pietas nos impellunt ut respondeamus pro Johanne paupere isto et pro loco suo pauperrimo quos Vindocinenses abbas et monachi, aptitudine suæ affinitatis et mole facultatum suarum quas ipsi habent nimias, moliuntur suffocare. Domine mi papa Innocenti. Cum pauper iste tandem ad vos, defessis alis, pervenerit, nullum præmisit, nullum secum adduxit, nullum qui sequeretur ex condicto expectat, vel expectavit, solus et impotens et pauper est. Solus a multis impetitur, impotens a potentibus, pauper a divitibus circumdatur. Anxiatus est in eo spiritus ejus. Ideo succurrere ei desidero quia non est liberi et christiani hominis non subvenire oppresso. Iste quidem servus vester et fidelis pro posse suo, canonicus est regularis ecclesiæ Sanctæ-Mariæ de Bosco, quæ inter sanctas habetur sanctissima, sed inter pauperes cognoscitur esse pauperrima. Hinc, inquam, pauper filius ejus, pro matre statim pugnaturus, orat et sup-

1. Ce plaidoyer fut prononcé en 1136, en présence du pape Innocent II. Baluze, Mélanges, t. II, l'appelle « gravissimam et elegantisimam relationem. » — Il remporta une pleine victoire sur ses adversaires qui furent déboutés de leurs demandes.

plicat pedibus Majestatis vestræ. Similiter et nos cum illo et pro illo oramus et supplicamus quatenus aures capitis vestri et cordis dignemini convertere ad responsa suæ deffensionis. Neque enim est nobis animus serenitatem et reverentiam vestræ gravitatis ociosis sermonibus detinere. Tullio et Tullianis sit sua rhetorica. Sed puram veritatem quæ eum liberabit, et ea tantum quæ sibi ad hoc negotium sint necessaria, suppliciter et succincte, vobis et curiæ vestræ præsenti proposuimus intimare.

II.—Nobilis quidam de nostratibus ædificavit duas ecclesias, unam in abbatiam regularium canonicorum qui, ex tunc in ea usque modo, devotissime Deo servierunt[1], alteram vero in capellam et in oratorium sibi et suæ propriæ familiæ construxit, et hanc ipsam inter ædificandum dicitur et recognoscitur ab adversario illi regulari ecclesiæ de qua ante diximus, contulisse. Hæc autem capella nichil omnino de reditu juris parochialis possidebat, sed permittentibus illis regularibus canonicis quos jam commemoravimus, ille idem dominus capellanos suos quos feodatos habebat et habuerat jam antea multo tempore, assignavit ei, ut inibi more canonico celebrarent divinum officium in honorem Dei et piissimi Nicholai, quorum possessiones erant in censivis, in agriculturis, in vendis forensibus, in furnis, in molendinis, et in his quæ fuerant excerpta de dominicatura et de mensa ipsius domini, quæ licenter posset dedisse alicui suorum militi sive clienti, si placuisset, aut mimo, aut histrioni, si leviter agere voluisset.

Postmodum vero filius filii illius intelligens illam regularem ecclesiam plus nimio indigere, quia sita est in terra sterili, in locis palestribus atque silvestribus, unde ipsa ecclesia de Bosco nominatur, ad perficiendum hoc quod

1. *deservierunt.*

suus antecessor susceperat, animum intendit, et ad suplementum inopiæ victus et vestitus pauperum fratrum, capellam quam sæpe replicamus cum tota capellania jam multotiens nominatæ abbatiæ dedit, immo reddidit. Verum ut hoc suum desiderium recto itinere incederet et debito ordine cederet, nec non ut firmius permaneret, quicquid dominationis, quicquid potestatis in eam habuit, totum id penitus refutavit et posuit in manu Domni mei Rainaldi, venerabilis tunc Andegavensis episcopi, et modo Remensis archiepiscopi, affectuose deposcens quatinus hoc suum depositum illi regulari monasterio, quod multotiens revolvimus, tam redderet quam donaret.

III. — Sane domnus meus ille episcopus, valde congratulatus, tunc de bono sui parochiani, tunc de tanto incremento illius indigentis ecclesiae, sicut suscepit de manu illius hominis, sic investivit illam pauperem abbatiolam de ista capella in manibus Albini abbatis, tradendo ei claves illius capellæ, tradendo ei cordas signorum ejus, nec non et cartam constitutionis ejusdem, insuper et libros et si quæ sunt alia. Hoc autem concesserunt capellani servicio illius capellæ attitulati, et se ipsos et suas capellanias, sive mavis dicere præbendas in manu abbatis et dispositione ejus reddiderunt. Hoc concessit archipresbiter loci illius Rainaldus, et noster decanus Normannus, et nostrum capitulum quorum illa capella censualis erat. Et hoc concessi ego Ulgerius qui eo tempore indignus administrabam officium archidiaconatus, hac conditione ut numerus servientium non diminueretur.

IV. — Et ut hoc totum opus perfectissimam consummationem sortiretur, ipsum abbatem Albinum destinavit idem domnus meus episcopus ad dominum nostrum papam benedictum Paschalem, orans et supplicans ei ut dextram dignationis suæ huic elemosinæ imponeret, et hanc

capellam illi abbatiæ, de qua nobis est sermo, daret et concederet et apostolica auctoritate confirmaret. Qui, de more suæ benignitatis, tam dignis petitionibus, tam justis precibus inclinatus, rogata concessit, et per apostolica scripta quæ gratissima nobis in medium attulimus, et vobis videte, videte illa, ostendimus et offerimus, hanc capellam illi abbatiæ confirmavit, et Albinum et socios ejus satis et super satis lætos, lætissima sit anima ejus, ad propria remisit.

V. — Ex illa autem die, abbas Beatæ-Mariæ de Bosco tenuit illam capellam, non ut in suam, sed vere suam, et habuit et obtinuit plenissimum jus in ea abbatis et domini, cantando in ea privatim et publice pro velle suo, cantando in festis et pro festis diebus, et obeunte vel abeunte aliquo de capellanis illius capellæ, abbas in loco vacuo et jure suo substituit quem elegit, secularem quem voluit, et regularem quem placuit. Tenuit autem illa abbatia et possedit hanc capellam, ut de antiqua donatione taceamus, in temporibus domini nostri papæ Paschalis quoad ipse supervixit, et in diebus domini nostri papæ Gelasii[1] et in diebus domini nostri papæ Calixti nobilissimi, et in diebus dulcissimi domini mei papæ Honorii, et in diebus vestris, Innocenti reverentissime papa, usque ad hoc momentum.

VI. — Urbani et periti oratores non detrahant nobis eo quod, auditis adversariorum argumentis, statim non in ea involavimus, et ad succidenda ea non festinavimus, per hanc enim viam rei gestæ narrationis liberius et compendiosius pedetentim ad illa accedemus, et, ea ipsa maxime in quibus adversarii plus confidunt, inutilia et futilia esse ostendemus, et ariete rationis diruemus, aut

1. Ce membre de phrase manque dans Migne.

quasi quid habent vigoris et virium magis ex nostra parte quam ex parte adversariorium stare probabimus.

VII. — Abbas Vindocinensis intendit in abbatiam Sanctæ-Mariæ de Bosco, et in hanc pauperem filiam ejus hoc modo. Injuste tenetis capellam Sancti-Nicholai de Credone, et injuste nobis aufertis eam. Johannis est depulsio : nec eam vobis auferimus, nec injuste eam tenemus, nostra enim est ratione juris et longitudine quietæ possessionis. Abbas Vindocinensis ad probationem partis suæ adduxit quod Rainaldus, Remensis archiepiscopus, qui tunc erat Andegavensis episcopus, et Gislebertus, Turonensis archiepiscopus, adhibitis sibi Ildeberto Cænomanensi episcopo et aliis sapientibus, adjudicaverant ecclesiæ Vindocinensi investituram capellæ Sancti-Nicholai, et quod papa Calixtus, nec non dominus noster Innocentius et Petrus Leonis, in tempore suæ legationis, idipsum confirmaverant. Insuper astruit abbas Vindocinensis quod Gaufredum suum antecessorem Rainaldus noster Andegavensis episcopus de illa capella investierat judicio, et judicii et investituræ testes literas sigillatas ei fecerat, et quod illa capella infra parochiam Sancti-Clementis quæ sua est facta sit.

VIII. — Johannes hæc omnia sic infirmat. Illud quod judicium vel adjudicationem vocatis, si inoffensa majestate domini mei Remensis archiepiscopi potest dici, non fuit nec debet dici judicium, sed potius præjudicium, sive peregrinum judicium aut justum judicium non fuit, quia non fuit factum apud eum quem debuit, nec per eos per quos debuit, nec eo modo quo debuit, nec eo loco, nec eo tempore, neque circa hos circa quos decuit. Apud eum apud quem debuit non fuit factum. Apud Papam dumtaxat debuit judicari, non apud quemcumque alium, de re ista quam magnificandus Paschalis papa dederat, quam

concesserat, quam litteris et sigillo auctoritatis suæ confirmaverat; per illos per quos debuit non fuit factum, quia in primis per Papam, et post ipsum per cardinales suos et per eos quos ipse admisisset, et non per alios debuit fieri; unde nec per Turonensem archiepiscopum nec per Cenomanensem episcopum debuit fieri. Insuper autem ad hoc[1] dicunt Turonensem archiepiscopum adjudicasse monachis illam infamem investituram, immo inversuram. Respondemus causam non advenisse ad ipsum archiepiscopum, nec delatam fuisse ad ipsum, sed ipsum venisse ad causam hortatu et ducatu Vindocinensis abbatis, qui de festo sancti Mauricii infecto, ipsum archiepiscopum extraxit, et Andegavi sumptibus suis a Turoni abduxit, et ut suum causidicum pridie quam causa tractaretur et quantocumque tempore tunc Andegavi fuit, eum abbas procuravit, et ab ipso hospitio abbatis ad causam cum abbate venit, et a causa ad hospitium abbatis cum abbate rediit. Tunc temporis quicquid scivit et potuit ad opus abbatis Vindocinensis, et scivit[2] et potuit, et ideo nobis suspectus fuit. Eo modo quo debuit factum non fuit, quia festum sancti Bartholomei transierat quando episcopus diem ad agendum, videlicet crastinum ab instante tunc festo, præfixit. Illi autem quos episcopus vocabat ad causam, causati sunt brevitatem hujus termini et duriciam Credonensis domini, qui eis sæpius sua auferebat, et aliquando canonicum a se captum, nisi redemptum, abire non permittebat. Dictum etiam fuit ab illis quod illa capella, pro qua ad causam vocabantur, abbatiæ de Bosco erat; ad causam equidem venirent die constituto, sed causam non ingrederentur, nisi prius judicaretur si causæ illæ sufficientes

1. *adhuc.*
2. *fecit.*

essent ad impetrandum sibi salvum terminum et commodiorem. In illo termino cum utraque pars convenisset, et abbas Vindocinensis quæreret judicium de jam dicta capella, respondit pars adversa se causam illam non ingredi nisi prius sit judicatum si causæ superius dictæ sufficientes essent, ne eo die ratione possent cogi ad placitandum, sicut et in dispositione[1] istius termini ipsi determinaverant. Insuper non fuerunt vocati secundo nec tertio. Eo loco quo debuit non fuit, quia nec ante Papam nec in loco jussionis factum fuit, quia illi clerici qui impetebantur inducias sex mensium ad agendum de vita sua, scilicet de præbendis suis, de usufructu quarum in servitio Dei vivere debebant et servitio quarum ordinati erant obtinere non potuerunt. Circa illos circa quos decuit factum non fuit, quia circa abbatem et circa canonicos regulares Sanctæ-Mariæ de Bosco factum non fuit, quorum tantum erat proprietas et possessio sæpissime jam præfatæ capellæ datæ et confirmatæ per Andegavensem episcopum, per archidiaconum, per archipresbiterum, per decanum et capitulum Sancti-Mauricii, per capellanos illius capellæ quæ nobis est in ore, et ad cumulum per dominum nostrum papam magnificum et mirificum Paschalem, cujus auctoritas supergreditur et excedit longe omnes dominationes et confirmationes aliorum. Unde nos confisi de summi judicis misericordia et vestra, similiter de Dei et vestra, et horum pauperum justicia, confidenter dicimus, quando quidem isti regulares canonici non fuerunt vocati ad causam nec judicati illud quod hic judicium nominatur. Circa hos circa quos decuit factum non fuit, nec istos regulares debere damnari, nec propter hoc a causa sua præcipitari, etiam si illi sæculares capellani

1. *positione.*

cum ipsi essent vicarii prædictorum regularium et officiales eorum et rafle[1] et instrumentum pro culpa sua et pro defectu suo a causa exciderunt[2]; immo nos liquido affirmare credimus quod si argumenta adversarii efficacia essent, ad removendos sæculares capellanos valerent, regularibus autem non obessent, sed prodessent, cum sæcularium depositio regularium esset admissio, et cum regularium ipsorum sit et non alterius personæ in locum ipsius capellæ vacuum intrare, et vel sibi retinere, vel alii quem eligent dare.

IX. — Ad hoc quod dicunt adversarii domnum[3] Andegavensem episcopum investituram fecisse Gaufrido Vindocinensi abbati de capella post hoc judicium, respondemus quod investitura ex tali judicio descendens non est approbanda, et nos desiderare, et desiderando orare apostolicam dignitatem et ejus sanctæ Curiæ auctoritatem, ut judicent utrum investitura apud talem et per tales, tali modo, tali loco, tali tempore, circa tales facta et judicata, investitura debeat esse vel dici, vel inversura, cum a Papa et a curia ejus nulla nisi canonica fuerit sit admittenda nec pro investitura habenda, et cum illud quod vocant investituram, inlogis tantum et vocalis esset, non realis neque materialis, et magis præceps et festinata quam excogitata.

X. — Ad hoc autem quod adversarii dicunt Rainaldum episcopum Andegavensem investivisse Gaufridum, abbatem Vindocinensem, de capella per clavem ipsius capellæ, respondemus quod huic argumento, immo arguto et arguendo mendacio, obviat, et quod multis clericis et

1. Migne met des (.....). Houss. met + pour montrer qu'il est incertain.
2. *excederunt.*
3. *dominum.*

plurimis laicis patet, Albericum sacerdotem in memorata clave extracta de balteo et sua propria, insuper et vigenti libris promissis abbati Vindocinensi, redemisse filium suum Paganum monachum ab intolerabili jugo Vindocinensis monasterii, et eum redemptum reddidisse abbatiæ Sancti-Albini.

XI. — Quod autem dicunt Andegavensem episcopum fecisse cartam ejus in testimonium judicii et investituræ, magis videtur eis officere quam proficere, quia non fuit composita per eum qui tunc erat magister scholarum, cum in Andegavensi ecclesia nulla carta de rebus ad Andegavensem ecclesiam pertinentibus soleat recipi, nisi a magistro scholarum dictata et laudata fuerit. Addimus quod carta illa non continet priores nostræ ecclesiæ quibus quæcumque carta caret, non tantum perdit auctoritatem, sed etiam meretur calumniam.

XII. — Contra hoc quod asserunt domnum Calixtum papam, et vos et domnum Petrum Leonis confirmasse tale judicium et talem investituram, non est mirum si ista confirmavistis, qui nullum super hoc ratiocinantem audiebatis. Verum Romana ecclesia illius discretionis semper debet esse, ut si aliquis ab ea, falsitatem inducendo vel veritatem tacendo, alicujus rei confirmationem injustam obtinuerit, agnita veritate, tali occasione nulli rem suam debet auferre. Domnus[1] Gaufridus abbas qui multum prudens, et multum litteratus et multum eloquens fuit, satis ostendit quod in rationibus non multum confidebat, nec multum vigebant, qui Turonis ubi vos et abbas et nos vobiscum eramus, de capella ista nullum clamorem protulit, similiter nec in celeberrimo Remensi concilio, ubi archiepiscopus Remensis fuit, cui isti innituntur, et ubi

1. *Dominus.*



PRIEURÉ DE S^t CLÉMENT DE CRAON

nos vobiscum fuimus, super hoc quod isti clamant, clamorem sive querelam ad aurem sanctitatis vestræ detulit. Ad ultimum, isti regulares quomodo possident parati sunt comprobare capellam istam jam a XXX annis vel XL fuisse datam ecclesiæ Sanctæ-Mariæ de Bosco sine reclamatione legitima sibi facta.

XII. — Nunc autem, carissime Pater, pervolate partem adversariorum et nostram, et conferte auctores auctoribus, assensores assensoribus, modo modis, loca locis, tempora temporibus, impetitos impetitis, et quod etiam per vos non rogati faceretis recte judicantes sæpissime jam commemoratæ abbatiæ de Bosco hoc suum satis parvum solatium adjudicate. Quod si apud vestram sublimitatem oratio nostræ parvitatis nullius fuerit, commoveant viscera vestra paupertas hujus fratris et ecclesiæ suæ pauperis, humilitas ejus et ecclesiæ suæ humilis, quia vos estis sustentator pauperum et pater orphanorum et advocatus eorum. Vos estis judex judicum terræ. Sententia vestra diffinit universas, acceptatio personarum non fuit apud Christum, nec debet esse apud vos, vicarium ejus; vestrum est bene posita confirmare, vestrum est male gesta destruere[1]. Amodo sollicitudinem causæ pauperis istius et fratrum suorum, in sinum clementiæ vestræ projicio. Amodo curam hujus pauperis Johannis et aliorum fratrum suorum habeatis; quia, Domine, tibi derelictus est pauper, orphano tu, non dicam eris, sed sis adjutor.

SOURCES. Housseau, IV, n° 157, extrait du *Cartulaire du chapitre Saint-Maurice d'Angers*, f. 129 *v°* et 130-132 et 133 *r°* et *v°*. — Migne, PP. LL. t. CLXXX, col. 1649. Mss. 12700, f. 293 *v°*.

1. Ce membre de phrase manque dans Migne.

CCCCLXXVIII.

EPISTOLA INNOCENTII SECUNDI, DE TRICENNALI POSSESSIONE.

12 janvier 1130-1136.

Innocent II confirme les propriétés de la Trinité, spécialement celles acquises depuis trois ans.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Fromundo abbati et monachis Vindocinensis monasterii, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicæ sedis nos monet authoritas ecclesiarum omnium, præsertim quæ beati Petri juris existunt, sollicitudinem gerere et uberius gremio familiarius confovere. Ad exemplum itaque predecessoris nostri, felicis memoriæ papæ Calixti, Vindocinensi monasterio quod ad jus sanctæ Romanæ ecclesiæ pertinet, confirmamus omnia quæ usque hodie et præcipue sub tricennali possessionne noscitur habuisse, præsentis scripti pagina decernentes ut nulla deinceps ecclesiastica secularisve persona inde quidquam distrahere, minuere vel auferre præsumat. Præcipimus etiam ut nullus archiepiscopus vel episcopus, super quemlibet monachum Vindocinensis monasterii, potestatem aliquam audeat exercere, aut in ipsis potestatem quislibet hominum vindicare, sed soli Romano pontifici et eorum abbati subjecti semper et obedientes existant. Quidquid præterea libertatis, immunitatis seu dignitatis prædicto cænobio ab apostolica sede concessum est, nos quoque ratum et integrum perpetuo manere sancimus. Quicumque igitur contra hæc scienter venire temtaverit, indignationem beatorum

apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Pisis, secundo ydus januarii.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, f. 39. — Extraits, mss. 13820, f. 315 et 356. — Baluze, 139, f. 262. — Mss. 273 de Vendôme, f. viii, n. iii. — Decamps (mss. 103, f. 104 *v°*), signale un autre privilège de ce pape, en faveur de Vendôme : « Innocentius II Fromundo abbati MCXXXVI, pridie idus januarii concordiam confirmat inter abbatem et Ulgerium episcopum Andecavensem. »

CCCCLXXIX.

DE MASURA TERRÆ APUD HEREMITAS.

Vers 1137.

Hilgot Bouvier donne à la Trinité une pièce de terre aux Hermites, en reconnaissance de l'admission de son père comme moine dans l'abbaye.

Notum sit præsentibus et futuris quod Hilgotus Buccellus domnum Frotmundum abbatem adiit, postulans ab eo quatenus eum, pro Dei amore, hujus loci monachum faceret. Ille vero, tam ejus precibus quam domni Ulgerii Andegavensis episcopi[1] et Archembaldi subdecani Aurelianis, in quorum præsentia hoc postulaverat, faciens quod ille devote petebat, benigne ei concessit. Hilgotus autem filius

1. Voici le sommaire d'une autre charte donné par le mss. 13820, f. 339 *v°* : « Fromundo Vindocinensi abbate, Ulgerius episcopus Andegavensis anno xii episcopatus, anno MCXXXVII, indictione xv, xi kalendas aprilis, regnante in Francia Ludovico, in Andegavia Goffrido filio Fulconis, determinat quid ex oblationibus in ecclesiis monachorum ad eos debent deferri, inter alia ex oblationibus mulierum purificatarum sacerdoti reservatur unus panis nummalis vel duo obolares ».

ejus audiens factam in patre suo clementiam, ad domnum abbatem accessit, et pro collato patri suo beneficio gratias agens, quamdam masuram terræ quam apud Heremitas habebat, secus stagnum comitis, cum pratis quæ eidem terræ adjacent, nobis donavit, quod in præsentiarum concessit Garnaldus frater ejus... Postea vero idem Hilgotus, et Burchardus frater ejus, et Orania mater ipsorum... de eodem dono domnum Frotmundum abbatem cum una clave investiverunt. Quod viderunt et audierunt isti : Hilgotus de Sancto-Karileffo, Rainaldus de Longa-Ulmo[1].

Sources. Baluze, mss. 47, f. 281, extrait du fol. 236 du *Cartulaire*. — Dom Housseau, n° 10862, fait allusion à cette charte : « Erat alius investiendi modus v. g. Fromundum abbatem investivit Hulgotus Butœllus cum una clave. » — Mss. 13820, f. 332. « Et hoc factum dicitur in tumulo abbatis. »

1. Le 18 mai 1518, Pasquier Guérin et sa femme, « mûs de dévotion et compassion des âmes de leurs parents et amis trépassés, et pour le salut de leurs âmes », donnèrent au prieur des Hermites 115 sols de rente perpétuelle sur leur maison portant l'enseigne des trois Godets, à charge de faire célébrer chaque dimanche, au matin, une messe avec un Subvenite.

En 1528, Mathurin Marquenet, curé de Marcay, donna la moitié d'une maison « pour estre es prières de l'église de Vendôme ».

Une dame Jeanne Feuscher, veuve d'Olivier de Silly, à une époque indécise, fonda la chapelle de Saint-Jean-Baptiste, à charge de quatre messes par semaine, dont la matutinale du dimanche. Cette chapelle était en 1656 à la présentation de René Bellanger, seigneur de Vautourneux, de la Barre et de la grande Bouessière, demeurant à Paris, rue Saint-Honoré, par suite de la vente à lui faite par les religieux de Vendôme « pour payer 1,300 livres dont ils étaient redevables chaque année et pour acheter des ornements, etc., moyennant le prix de 25,000 livres tournois », de la baronnie, terre et seigneurie temporelle des Hermites, terrages, fiefs, cens, rentes, lots, amendes, profits féodaux et seigneuriaux, justice haute, moyenne et basse, etc. »

Parmi les biens du prieuré, se trouvait le moulin foulleret des

CCCCLXXX.

DE DECIMA DE BUSLO.

1137.

Geoffroy Breton, sa femme et ses enfants, reconnaissent les droits de l'abbaye de la Trinité sur les dîmes de Busloup, données par Jérémie de la Tour.

Notum..... quod quidam homo, Goffridus Brito, calumniabatur partem decime que pertinet ad ecclesiam de Buslo, quam scilicet decimam Jeremias de Turre [1] dederat

Hermites, sur lequel Jean de Vendôme, baron de la Chartre sur le Loir, avait acquis le 4 mars 1495 le droit de pêche, trois nuits consécutives. Le fermier du moulin devait fournir les engins et les hommes, et lui livrer la moitié des poissons. Ce droit fut revendiqué en 1640, par M. de Courtoux, chevalier, baron de la Chartre, héritier de Charles Plaix, écuyer, sieur de Boislandry avec René de Bueil, chevalier, comte de Sancerre. L'abbaye eut encore à poursuivre le paiement d'une rente de 10 septiers de blé méteil sur ledit moulin, contre M^re^ Adam Gallant, écuyer, sieur de Vallière, 1666, et contre Claude Forget, chevalier, seigneur de Bralouet, capitaine en chef des quatre vols des oiseaux du cabinet du roi, en 1686.

« Adam Gallant, nous écrit M. A. de Trémault, fut bailly du Vendômois d'environ 1603 à 1610. Gaillard Gallant son père était en 1559 argentier de Jeanne d'Albret, reine de Navarre. Il fut ensuite trésorier de la maison de Navarre (1561). En 1581 les droits du domaine de Navarre sur la paroisse des Essarts au bas Vendômois lui furent vendus. En 1596, il est qualifié sur les registres de Saint-Martin de Vendôme, Gaillard Gallant, sieur de Vallière, conseiller du roi, général de ses finances de sa maison de Navarre ».

1. Baluze, mss. 47, f. 267 *v°*, donne l'extrait suivant du folio 198 *v°* du Cartulaire : « Rainaldus de Turre miles, Sarracena mater ejus, Hugo frater ejus... tempore Fromundi abbatis ». [Sarracena était femme de Jérémie de Lisle. Voir *Cartulaire Vendômois,* CLXXXVI. A. T.]

ei, sicut ipse Goffridus attestabatur. Siquidem idem Jeremias, quod sui juris non erat, juste dare non potuit. Tandem recordatus idem Goffridus venit, cum matre sua et fratribus suis, in monasterium Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis dimisitque in manu domni Fromundi abbatis. Hoc concessit Orhandis mater ejus, hoc Gradale et Willelmus atque Galterrus, fratres Gofridi, concessit. Abbas concedit ut in obitu eorum in hoc monasterio sepeliantur. Anno MCXXXVII[1].

Source. Mss. 5419, f. 25.

CCCCLXXXI.

DE TERRA MONTIS-HADELINGIS.

1134-1139.

L'abbé Fromond obtient des prévôts de la Ferrière la remise de toutes leurs revendications sur la terre de Mont-Edelin, donnée dès le principe à l'abbaye par le fondateur, Geoffroy Martel.

Notum facimus presentibus et futuris quod terram quamdam possidebamus in examplationibus Wastinæ, in loco qui dicitur Mons-Hadelingis, quam a prima nostri

1. Il y eut le 24 novembre 1505, « appointement entre M. Loys abbé de Vendôme, et l'abbé et le convent de l'Estelle (l'Etoile) et le prieur de l'Escotière, pour raison des dîmes dudit lieu, par lequel le prieur de l'Escotière est tenu payer ung chascun an quatre sextiers de seigle à l'abbé de Vendôme, rendus en ses greniers au lieu de Vendôme ». (Mss. 243, f. LVI.)

monasterii fundatione juris hujus loci esse, a fundatore scilicet nostro bone memorie Goffrido Martello nobis collatam, patens erat. Verum, temporis habente curriculo, accidit ut Huberto de Peranno, prefecto de Ferraria, desponsaretur uxor quedam mulier, Florentia nomine, cui dotis loco dedit comes Vindocini, Gauffridus de Pruliaco, supradictam terram de Monte-Hadelingis. Defuncto autem Huberto marito Florentiæ, nupsit eadem alteri, Fulcherio scilicet de Ferraria, qui et ipse prefatam terram calumniabatur et ad fiscum suum redigere nitebatur. Nobis vero reclamantibus et privilegiorum nostrorum testimonia opponentibus calumpniis ejus, tandem acquievit veritati et rationi Fulcherius, veniensque in monasterium Sanctissimæ-Trinitatis dimisit prefactam calumpniam in manu domini Fromundi abbatis, ipse et uxor ejus Florentia. Hoc vidit et concessit Marso, gener eorum[1], uxor Marsonis Elisabeth, filia Fulcherii atque Elorentiæ, filii etiam eorum Hilgotus atque Goffridus, Durandus subprior, Ulricus sacrista, Matheus hospitalarius, Giraudus. De laicis : Gauterius cocus, Mauricius cocus, Galterius famulus domni F. abbatis et Albericus,

Source. Mss. Phillipps, n° 25058, f. 163 : « Ex Tabulario Vindocinensi, fol. IIcXLIII *v°*, avec cette note : « Vix legi postest[2]. »

1. Le même mss. contient sur Marson la note suivante : « Marso monachus noster factus est, anno MCLXV. Ex folio (Cartularii) IIc XLIX *v°* ».

2. Baluze (mss. 47, fol. 281 *v°*) donne tiré du même feuillet du *Cartulaire* l'extrait suivant : « Milites quatuor : Rainaldus de Genesta, Farboius de Buriaco, Paganus de Sancto-Karileffo, Tebaldus Haiz. »

CCCCLXXXII.

DECIMA DE PESOU ET DE BUSLOU.

1132-1139.

Rainaud de la Tour s'était emparé de la dîme de Pezou et de Buslou ; craignant pour le salut de son âme, il se résolut enfin à les restituer à la Trinité.

Noverint successores nostri quod quidam miles, Raginalus videlicet de Turre, tenuit diu, sub periculo anime sue, partem quamdam decime que pertinet ad ecclesiam de Pisoto, et partem illius que pertinet ad ecclesiam de Buslot. Tandem vero recordatus quanti periculi esset laicam personam jura ecclesiastica possidere, salubri usus consilio, dimisit prefactas decimas ecclesiis quarum erant, et quia eas diu injuste tenuerat, voluit eisdem decimis aliquid, quod nunquam habuerant, adaugere, decimam videlicet atque jus parrochiale terre sue, a Notra videlicet de Suulth (sic) versus Puteolos, versus marches Blandini, versus fossam Invalii, versus Mutham, usque ad Ledum fluvium. Hoc concessit mater ejusdem Rainaldi Sarracena, et Hugo frater ejus. Hujus rei causa constituende et corroborande, venit idem Rainaldus in capitulum Sancte-Trinitatis Vindocini et dimisit decimas quas injuste tenuerat, et eam decimam quæ nullius ecclesie eatenus fuerat, decimam scilicet quam supra dicimus, a Notra de Suilth (sic) usque ad Ledum, dedit ecclesiis quas supranominavimus, posuitque donum ipsarum decimarum super altare Sancte-Trinitatis Vindocini, ipse et frater ejus Hugo. Actum in presentia domni Fromundi abbatis atque tocius

capituli. Quod viderunt et audierunt : Haimericus forestarius, Fortanus, Haimericus prefectus, Ricardus de Pisoto, Hubertus frater ejus, Galterius prefectus Ville-Dei, Arnaldus cellararius, Radulfus de Heremitis et multi alii.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXII *v°*, n° 829.

CCCCLXXXIII.

DONUM PETRI DE MONTE-AUREO.

1130-1139.

Hamelin de Langeais avait donné 15 *sous de cens pour illuminer le crucifix placé dans la nef de l'église de l'abbaye. Pierre de Montoire, pour rendre cette fondation perpétuelle, y ajoute une rente de* 17 *sous* 3 *deniers.*

Notum sit presentibus et futuris quod Hamelinus de Leniaiis dederat quondam Deo et monachis Vindocinensibus XV solidos census, ad illuminationem Crucifixi de nave monasterii, quos annuatim de propriis reditibus reddere faciebat. Postea vero Petrus de Monteaureo, volens ut eleemosina patris sui perpetim rata maneret, VIII solidos census, quos ei cellerarius reddere solebat de Villa Jateni, nobis condonavit ; de suo vero proprio, VII alios solidos in eodem loco nobis donavit, ita predictam terram et homines qui censum ei reddere solebant, juris nostri esse constituens ut quidquid consuetudinis, quicquid redditus ex eis habere solebat, nos haberemus, quicquid de predicta terra capiebat, caperemus. Præterea duos solidos et tres denarios census ad Barram-Matrisse nobis dedit,

nichil sibi juris in eis retinens, sed dominio nostro relevamenta et alias consuetudines concedens. Hoc donum fecerunt Petrus et filii ejus Philippus et Harduinus, in manu domni Fromundi abbatis, inter Sanctum-Russerum et Sanctam-Mariam de Villa-Lauro. Quod viderunt et audierunt isti : Petrus de Monteaureo, Philippus et Harduinus filli ejus, Hugo de Monteaureo, Paganus Muardus, Hugo de Bullione, Goffridus..... De parte domni abbatis : domnus Bartholomeus de Vindocino, Wlgrinus frater ejus, Guido de Pino, Haimericus prepositus, Gastinellus, Radulfus scutum ad collum. Postmodum vero Fulcherius cellerarius, Ulricus segrestarius ad Montem-Aureum perrexerunt, ibique Ada, uxor Petri et Aanor, uxor Philippi hoc totum, ut prædictum est, concesserunt. Quod viderunt isti : Haimericus prepositus, Petrus Fergionus, Johannes cellararius.

Sources. Mss. Phillipps, n° 25058, f. 160. « Ex Tabulario, fol. IIᶜXL *v°*. col. 1 et 2, » avec cette note : « Vix legi potest. » — Baluze, mss. 47, f. 240 *v°*.

CCCCLXXXIV.

DE VICECOMITISSA CASTRIDUNI.

1136-1139.

La Vicomtesse de Châteaudun, Héloyse et son fils Hugues, reçoivent le privilège de l'association spirituelle.

Præsentium et futurorum memoriæ notificare volumus quia quædam vicecomitissa Castriduni, Eloisa, cum filio

suo Hugone[1], per castrum Vindocinum iter agens, divertit in monasterium nostrum, orans et supplicans, ut beneficium et fraternitatem hujus loci accipere mereretur. Quod audiens domnus abbas Fromundus, gratantissime precibus illius annuit, et in capitulum nostrum eam et filium ejus Hugonem devocans, de beneficiis et orationibus quæ in hoc monasterio fiunt, Deo donante, participes esse concessit. Ipsa vero super his omnibus gratias agens, Deo promisit se hunc locum defensuram et conservaturam deinceps. — Quod viderunt et audierunt: Goffridus de Lavarzino, filius comitis Vindocini, Frodo de Sancto-Martino, Rospanonus, Hugo de Ponceaco et alii multi.

Sources. Baluze, mss. 47, f. 263, extrait du folio CCXLIII du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 154.

CCCCLXXXV.

DE CALUMNIA ROBERTI VILLÆ-SANCTONIS.

Vers 1139.

Robert de Villexanton jure sur les saintes reliques de l'abbaye de Vendôme, qu'il se désiste pour toujours de ses prétentions sur une terre des religieux à Villemardy.

Successoribus nostris notum fore volumus quod terram quamdam apud Villam-Martini habebamus, quam per longa tempora quiete et absque calumpnia aliqua tenui-

1. Ce fait eut lieu, soit pendant la captivité de Geoffroy, vicomte, 1136-1137, certainement avant sa mort, arrivée en 1140, comme le prouve la présence de l'abbé Fromond, qui mourut en 1139.

mus. Interea surrexit quidam calumpniator qui Robertus de Villa-Santonis dicebatur, qui cepit calumpniari terram illam, et multas injurias nobis hominibus nostris inferre. Unde sepius requisitus, neque ad rationem stare seu a malicia sua resipiscere voluit. Tandem, quia voluntati divine nemo est qui resistat, penitentia ductus, venit in monasterium Sancte-Trinitatis Vindocini dimisitque calumpniam quam faciebat, in manu domni Fromundi[1] abbatis, recognoscens se injuste quod nostri juris erat calumpniatum fuisse. Juravit ergo super reliquias hujus monasterii ipse Robertus et Radulphus Morardi, cujus sororem duxerat Robertus uxorem, nonquam se deinceps pro terra eadem calumpniam facturos, sed pro posse suo contra omnes homines illam nobis expugnaturos. Hoc viderunt et audierunt et concesserunt: Albericus Guerrehet, Johannes Guicherius, frater Radulfi Morardi, quorum sororem habebat Robertus jam dictus. Hoc vidit et audivit: Harduinus Tesnerius ad cujus feodum terra ipsa pertinebat, Bartholomeus princeps et dominus tocius feodi, Archenbaldus prepositus, Petrus Mathua, Haimericus prepositus noster, Galterius coquus, Albericus de Basogiis, Galterius de Crocheio; de monachis: Hubertus prior, Wlricus segrestarius, Matheus hospitalis, Giraudus armarius.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXIIII, nº 834.

1. L'abbé Fromond mourut le 20 septembre 1139. Son obit est inscrit au 20 septembre: « XII kalendas octobris, depositio domni Fromundi abbatis ». (Nécrologe). « XII kalendas octobris depositio dompni Fromundi abbatis VI, IX lectiones » (M. 17 E de Vendôme, calendrier). Le *Chronicon* l'inscrit à l'année 1139 « MCXXXIX obiit Fromundus, bonæ memoriæ abbas Vindocinensis, XII kalendas octobris. » De son temps le monastère se maintint dans toute sa ferveur. « Religionis fervor et ardor charitatis monasterio nosceretur abundare. » (mss. 1189, *Historiæ Compendium.*)

CCCCLXXXVI.

CHARTA GAUFRIDI GRISAGONELLÆ COMITIS VINDOCINENSIS DONANTIS PARTEM FORESTIS GASTINELLÆ.

1139.

Geoffroy Grisegonelle et son fils Jean, donnent à la Trinité une partie de la forêt de Gâtineau, et promettent d'en garantir à l'abbaye la paisible possession. Les forestiers prêtent le même serment.

Ego Goffridus Grisagonella, comes Vindocini, et Johannes filius meus, terre mee heres post me futurus, salutis animarum nostrarum solliciti, et maxime Johannes, filius meus, pro salute anime matris sue et anime uxoris sue, dedimus partem terre nostre aut forestis, que Gastinella dicitur, in elemosinam, monasterio Sancte-Trinitatis Vindocini, in usus scilicet locorum eidem pertinentium, obedientie de Hulseto, obedientie de Villadei habendam ac tenendam in perpetuum. Monacho itaque qui prior fuerit dictus Hulseti[1] dedimus et concessimus virides et

1. Le prieuré de Houssay fut réuni, au plus tard au xv[e] siècle, à l'office de cellerier. Dans les temps postérieurs, ces dignitaires gouvernèrent seuls le domaine qui se composait des métairies de Beillard, de Houssay, profits et aventures de fief, droit des petites dîmes, 20 muids de blé de rente sur le moulin de la Fontaine appartenant en 1596 à M. de la Chasteigneraye, 4 septiers sur le moulin de Croué, etc.

Parmi les administrateurs du prieuré, nous trouvons Phillippe Thierry, cellerier et prieur, 1503; Jehan Gallois, 1542, 1563; Jacques Souin, 1565, 1580; Charles Lemalreux, 1593. Tous affermèrent le revenu temporel du prieuré; et parmi les fermiers nous devons citer Baptiste de Pogge, gentilhomme lucquois en 1570; Jacques Pecquet en 1596, qui en donnait 500 livres, avec la

siccas arbores per totam Guastinam ad focum suum, ad furnum. . . . . ad proprias domos construendas et restaurandas, ad varie supellectilis usus universos, hominibus vero incolis ejusdem ville ac terre dedimus arbores et pascua pecoribus suis per totam Guastinam, sicut habent et tenent ville Guastine adjacentes, quecumque ad ipsius adjacentiam pertinere noscuntur . . . . . Habebamus ego et filius meus Johannes terram quamdam et boscum circa fines Guastine versus Villam-Dei, terre monachorum contiguam, quam terram cum ipso bosco . . . . . donamus in elemosinam monasterio Sancte-Trinitatis Vindocini, id est sicuti se habet vallis Chevrelvarum versus Villam-Dei, ipso fundo vallis a reliqua . . . . . dividente. Sed ut hec res inter nos et monachos prefatos melius firmiusque consisteret, placuit ipsis ut darent nobis c. libras denariorum, de caritate monasterii. Nos vero volentes hanc elemosinam inviolatam et inconcussam permanere in secula, ne a nobis vel ab aliis aliqua occasione, aliquo in tempore, posset labefactari, dedimus fides nostras, in manu Frodonis de Sancto-Martino, de conservanda ipsa eleemosyna ad usum prefatorum monachorum. Ego scilicet G. comes, quamdiu in hac terra essem, qui in proximo Ierusalem tunc temporis iturus eram, et postquam reversus essem, si reverti contingeret, filius vero meus omnibus diebus quibus terram possessurus est, promisimus etiam per eamdem fidem nullam pacem vel fœdus aliquod habituros cum eo

charge de faire célébrer le divin service aux quatre fêtes annuelles; Jean de Bure en 1677, et enfin Pierre Percheron qui en 1781 en payait 1000 livres.

La métairie de la Brosse avait été depuis longtemps arrentée pour 15 sols: les détenteurs en donnèrent titres nouvels: Esther de Fourmantier, veuve de Cesard de Martin, ecuyer, sieur de Geoffres et Sasnières, 1644, Charles de Gilbert, sieur de la Barre, 1614, Jehanne de Varelay, dame de Noisay, 1592.

qui supradictam terram calumpniaretur, donec in curiam super hoc judicium subiturus veniret. Quod si contigerit Burguinum de Bolonia vel heredes ipsius, de quibus suspicabantur monachi quod eamdem terram calumpniaturi essent, per judicium eam sibi posse acquirere, concessimus ego et filius Johannes omnes redditus Gastine qui nobis redduntur, reddi monacho, et a forestariis ipsis solvi donec monacho prenominatam pecuniam c. librarum denariorum quam nobis donaverunt . . . . . egre ad voluntatem suam persolutam recipiant. De quo pacto sic tenendo dedimus iterum fides nostras ego G. et filius meus Iohannes, ita plane ut, si de eisdem redditibus . . . . . monacho aliquid inscienter raperemus, infra octo dies postquam resciremus, statim festinaremus reddere quod abstuleramus. De hoc iterum pacto dedimus fidejussores : Archembaldum. . . . . Guillermum Ruillatum. De hac iterum conventione . . . . .; de scilicet redditibus qua . . . . . si Burgungnus de Bolenia vel heredes ipsius possint predictam terram ad jus proprium redigere, fecimus forestariis fides suas dare . . . . . eddant monacho omnes redditus Guastine, donec ipsi monacho predictam pecuniam c. librarum denariorum receptam possideant. Hainricus Brunellus dedit inde fidem suam, Mathua suam, Goffridus de Fonte suam, Petrus forrarius suam, Paganus de Alba-Mala suam, Odo de Gastina suam. Omnes hi forestarii quod si contigerit aliquem . . . . . istis forestariis denominatis interim obire, ille qui in loco mortui subrogabitur, de eodem pacto sic tenendo fidem suam pollicebitur. Actum in presentia domni Huberti abbatis[1] totiusque capituli,

1. L'abbé Hubert fut le successeur de Fromond: « Fromundo abbate defuncto domnoque Huberto in abbatem substituto, » dit une charte qui était inscrite au f. IX^XX^XVII r°, col 1^re, du *Cartulaire;* « Hubertus abbas successor domni Fromondi », dit aussi

anno ab incarnatione Domini M° C^mo^ XXX^mo^ VIII^no^, præsentibus et concedentibus me G. Grisagonella, comite Vindocinensi, et Johanne filio meo, qui et donum hujus rei super altare Sancte-Trinitatis posuimus, presente et concedente Burchardo herede et filio, qui et palefredum a monachis pro concessione habuit . . . . . Videre et audiere isti: Frodo de Sancto-Martino, Wlgrinus, Archembaldus prefectus, Guillermus Ruilliatus, Goffridus de Vallibus, Fulcherius de Ferraria, Hainricus de Brunelliis, Herveus Huratus, Goffridus gener ejus, Petrus Torellus, Albericus prefectus monachus, Burellus molnerius, Mauricius Herbertus. Hoc postea concesserunt, apud Baugenciacum, Lancelinus, filius Johannis comitis Vindocini, Mathildis filia ejusdem Johannis, item alia filia Mathildis. Quod viderunt et audierunt: ipse Johannes pater, domnus Lancelinus de Baugenciaco, Silvaricus miles, Matheus de Quarta, Andreas frater ejus, Hugo Pelavillanum, Goffridus de Chaorciis, Hilgotus Burellus, Tebaldus filius Morini, Vaslerius, Petrus Asernardus, Goffridus filius Stephani, Vitalis Ferrat-Chatum, Galterius Serviens monachus, Rolandus de Papia, Albertus clericus, Symon clericus. De monachis: Ebrardus prior, Ligerius monachus, Herbertus monachus, Fulconus monachus, Rainerius monachus, Harduinus monachus.

Source. Mss. 12780, f, 228. — Mss. 273, de Vendôme, f. xvii, etc.

la charte de la prévôté de Villedieu (1145-1160). Le *Chronicon* fait aussi son éloge: « Cui (Fromundo) successit domnus abbas Hubertus, vir morum honestate et sanctitate plenus. Rexit autem monasterium annos v et v menses et xviii dies. Obiit xiv kalendas aprilis. »

CCCCLXXXVII.

DE MOLENDINO DE CHARCHENAI.

Vers 1140.

Simon Sauvegrain, chevalier des Roches, sur le point de mourir, demanda la faveur de recevoir l'habit monastique, ce qui lui fut accordé, mais auparavant il nous abandonna une rente de 18 *deniers qu'il avait sur notre moulin de Charchenai.*

Quoniam mens humana terrene inhabitationis cecitate depressa, ea que facta viderit, nisi frequentius illa aut per se videat, aut ab aliis audita memorie tradat, facile obliviscitur, litterarum apicibus posteritati succedentium notificare et cunitum[1] facere curavimus, quod nos monachi scilicet Vindocinenses cuidam militi de Rupibus, Simoni Salva-Granum nomine, decem et octo denarios census de quodam molendino, super Ledi aquam apud Charchenai sito, annuatim reddere solebamus. Hic autem supradictus Simon, gravi carnis infirmitate depressus, mortem vicinam adesse cognocens, et se viam universe carnis ingressurum sapienter providens, noster fieri monachus, ceteris relictis locis, devotissime exoptans apud nos, cum omni precum et obsecrationum supplicatione habitum religionis expetiit. Nos itaque ejus devotionem considerantes, et pene omnium militum Vindocinensium pro illo supplicantium precem suscipientes, duos e fratribus nostris, Osmundum scilicet atque Martinum, de Hulseto priorem, illuc misimus, qui eundem hoc devotissime in propria domo ei habitum reli-

1. Pour *cognitum*.

gionis imponentes, more consueto, monachum fecerunt. Qui tamen antequam monacus fieret, illos supradictos decem et octo denarios census, necnon et unam noctem quam in bracca ejusdem molendini habebat, eam scilicet quamcumque eligisset, nobis inperpetuum in elemosinam dedit: et hoc idem donum confirmando in manu supradicti fratris Osmundi, quendam baculum misit. Hoc similiter fecerunt tres filii jamdicti Simonis, Goffridus primogenitus ejus, Hubertus, Grifardus, uxor ejus et due filie. Quod viderunt et audierunt isti: ex parte ejus: Calu de Rupibus, Guillelmus sextarius, Hubertus presbiter, Odo Rex, Petrus gener ejus; ex parte nostra: Osmundus atque Martinus monachi; de famulis vero: Ainardus et Garinus prepositi, Maingotus. Hoc autem donum iterum confirmando Goffridus filius ejus, ea scilicet die qua ipse defunctus est, cunctis monachis coram astantibus, super altare dominicum fecit. Quod viderunt et audierunt quidam de famulis nostris: Guibaudus, Odo Polardus, Juhellus, Lanbertus.

Source. Mss. Phillipps, 2971, n° 833, f. IIc LXIII *v°*.

CCCCLXXXVIII.

DE CENSU QUEM DEDIT NOBIS GUILLELMUS DE NUZILLEIO APUD VILLAM-CHATAM.

Vers 1140.

Guillaume de Nuzilly donne deux sous de cens à Villechatain.

Sciendum est quod quidam miles, Guilelmus de Nuzilleio, dedit nobis monachis Vindocinensibus duos solidos census

in elemosinam, qui sunt apud Villam Chatam. Hoc concessit primogenitus ejus Hugo, in manu domni Huberti abbatis cum quodam grafio (sic). Quod viderunt et audierunt isti : Hugo de Marcheillo, Galterius Hait, Vulgrinus; ex monachis: domnus abbas Hubertus, Fulcherius prior, Balduinus, Ulricus, Galterius armarius, Hugo paganus, Bartholomeus, Radulfus, Mahildis, Dionisia, Aremburgis, Labracha.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXIIII, n° 835.

CCCCLXXXIX.

LE BOYS L'ABBÉ.

1140-1144.

Hugues de Martheil nous donne sa part de Fontaine-Bouillant qu'il avait en communauté avec nous.

Hugo quoque de Martheillo dedit nobis, in manu domni Huberti abbatis, cum quibusdam tabellis, pro redemptione anime sue, uxoris Mahildis et matris sue, partem suam cujusdam terre ad Fontem-Bullientem, que ante erat communis inter nos et ipsum, et tres denarios census ejusdem terre. Quod viderunt et audierunt isti: Hugo nepos ejus, Galterius Haid; de monachis: domnus abbas Hubertus, Fulcherius prior, Balduinus hospitalis, Galterius armarius. Hoc ipsum concesserunt filii ejus Sancio, Hugo et Mauricius, filie Dionisia, uxor Burcardi, et Petronilla.

Source. Mss. Phillipps, f. IIc LXIIII, n° 836.

CCCCXC.

CONFIRMATIO EPISCOPI CARNOTENSIS DE PROMOTIONIBUS.

Vers 1140.

Geoffroy, évêque de Chartres, qui avait voulu exiger la profession de l'abbé Fromond, et y avait renoncé sur le vu des bulles de Paschal II et d'Urbain, et du privilège de l'évêque Thierry, déclare ne point la demander de l'abbé Hubert et reconnaît l'exemption de l'abbaye.

Son fils aîné, Nivelon, semble lui avoir succédé, bien que notre charte ne le dise pas d'une manière explicite ; mais il mourut bientôt, peu avant 1146, des suites d'une blessure reçue dans un combat, sans laisser d'héritier de sa femme Agathe qu'il avait épousée avant 1136.

Son frère Hamelin, son successeur dans la seigneurie, n'avait pas encore eu le temps de faire graver son sceau, au témoignage

Fulcherius cellararius, Robertus de Baljenciaco monachus, Paganus de Froavilla, Robertus filius ejus, Rainaldus serviens ejus, Burgotus, Goffredus faber, Hilgotus presbiter Sancti-Martini, Rægotus. Hanc igitur particionem concessit iterum apud Banaias Goffredus, frater Fulcoii de Pataio. et Godefredus, puer filius ejusdem Fulcoii, et Hildeburgis filia ipsius, qui singuli habuerunt pro hac concessione duos denarios; et hoc viderunt isti: nutrix predicti pueri, quæ et habuit duos donarios, Natalis homo Fulcoii, Matheus et Robertus parvus, Vindocinenses monachi, Odo de Pisoto et Xristoforus famuli eorum. Ad ultimum recitata fuit hec actio in auribus Hamelini Fractevallis domini, qui, sicut jam diximus, hanc partitionem concessit, et jussu patris sui factam fuisse cognovit, seque ad utilitatem Vindocinensis monasterii eam defensurum promisit; et ut hec actio rata in perpetuum permaneret, sigillo patris sui, quia nondum proprium sigillum habebat,

de notre charte, en cette même année 1146. Aucun titre ne nous fait connaître l'union qu'il a contractée et dont il eut Ursion. Nous n'avons en effet aucune mention des seigneurs de Freteval avant 1160 (*Cart. Blésois*, introduction p. LV, note 172). Ursion combattait alors les Anglais aux côtés de Thibaud, comte de Blois. Il faut donc lui attribuer tout ce que nous avons dit à partir de cette époque à la gloire de son grand-père, Ursion I[er].

Nous devons donc compléter ainsi notre liste des seigneurs de Fréteval : Nivelon I, avant 985 - vers 1050. — Foucher, 1050 - vers 1087. — Nivelon II, 1087-1122. — Ursion I[er] et sa femme Beatrix, fille de Jérémie de Lisle, dont il eut Nivelon, et Hamelin, qui suivent, Philippe, Foucher, Rainal, Hersende et Beatrix, 1122 - vers 1143. — Nivelon III, 1143 - vers 1145, épousa Agathe, avant 1136. — Hamelin, frère de Nivelon, 1145 - vers 1160. — Ursion II, fils d'Hamelin, 1160-1186, épousa Gricie, fille de Raoul de Faye, dont il eut Nivelon, Foucher, Philippe, Mathieu, Bernard, Richer, Isabelle, Philippa, Agnes ou Comtesse, Persois, femme de Foucher de Friaize, Alix. — Nivelon IV (III), 1186-1220, épousa Alix. — Ursion III (II), 1220-1240. — Nivelon V (IV), 1240-1275, etc.

presentem cartam roborari fecit. Actum anno ab incarnatione Domini MCXLVI.

Sources. Mss. Phillipps, n° 2971, fol. II^{c}LVIII v^{o} et II^{c}LIX r^{o} et v^{o}, n° 822. — Baluze, 47, f. 282 r^{o}. — Decamps, 103, f. 149.

DXIV.

DE DECIMIS CHIVIRIACI.

Lundi, 8 avril 1146.

Geoffroy Plantagenet, comte d'Anjou, duc de Normandie, fait décider par un jugement solennel que les habitants de Cheviré payeraient à la Trinité la dîme de leurs vignes, qu'ils refusaient depuis longtemps.

Inter antiqua Vindocinensis monasterii munimenta repperimus quod Goffridus Martellus, inclitus Andegavorum comes, dedit Vindocinensi monasterio burgum Chiviriaci et ecclesiam cum magna parte decimarum ad eam pertinentium. Has decimas multis annis reddiderunt incolæ de annona; placuit autem eis in maxima parte terrarum, de quibus annonam decimam reddebant, vineas plantarent, sed decimam vini reddere noluerunt, partim avaricia inducti, partim dominorum suorum vi et viribus confisi. Fuit itaque pro hac querela inter monachos Vindocinenses et incolas illarum terrarum, usque ad tempus domni Roberti, abbatis Vindocinensis, contentio, qui, audiens ecclesiæ suæ dampnum, clamorem suum in auribus Gotfredi, nobilissimi Normannorum ducis et comitis Andegavorum, deposuit, qui, utpote rationis capax et amator justitiæ, precepit Hugoni de Cleeriis, qui tunc erat dapifer

Lislæ et Balgiaci, ut huic negocio per judicium finem imponeret, et tali modo ne amplius super hoc clamorem audiret. Verumtamen quoniam terræ illæ erant de fisco Gaudini de Malicornia, precepit ut Gaudinus inde submoneretur ut proceres suos admoneret, ut in curia Balgiacensi exequerentur quod justitia exigeret. Dapifer itaque Gaudinum submonuit, qui libenter suis vavassoribus precepit, ut Balgiacum in curiam venirent, et abbati Vindocinensi de decimis responderent. Data die, affuit Gaudinus in curia cum militibus suis, affuit et domnus abbas cum monachis et amicis suis; ab utraque parte causis jusserunt judices ut abbas inde recederet cum suis, quatinus de negotio inter se tractarent; denique unanimi consilio decreverunt nulla ratione illis vini decimam debere negari, qui annonæ decimam habuissent. Quod sentientes adversarii abbatis, dixerunt inter se melius esse ut pro Sanctæ-Trinitatis amore illi decimam dimitterent, quam judicium recitari permitterent, et sic per judicium perderent. Vocatus iterum abbas venit in curiam suspensus quem super illum darent responsum vel sententiam. Tunc Hugo de Cleeriis, cujus erat pars census vinearum de quibus abbas decimam requirebat, consensu aliorum dixit coram omnibus: nos quidem et antecessores et homines nostri sic tenuimus vineas, de quibus decimam requisitis vini, quod nullus unquam uvas reddidit nec de vino nisi quantum voluit; hos autem pro summi Dei Patris videlicet et Filii et Spiritus Sancti amore concedimus vobis et succesoribus vestris, Vindocinensis monasterii monachis, ut in predictis vineis uvarum recta decima vobis reddatur, sicut antequam vineæ plantarentur, decima messium in agris reddebatur. Huic dicto tota turba adversariorum abbatis assensum prebuit et unusquisque per se sic se velle respondit, et hæc sunt eorum nomina: Mattheus de Balgiaco, Hame-

linus de Trocia, Corbinus de Rugiaco, Barbotus de Tessero, Goffredus Bernardi, Balgiaci prepositus, Petrus Coleia, Mauricius de Reiniaco, Paganus Ogerii. His auditis, requisivit abbas a dapifero quid de illis adversariis suis fieret, qui presentes non erant, nec presentibus assensum prebuerant. Tunc per judicium curiæ comitis adjudicata est decima in vineis reddenda de uvis ab omnibus, sicut antea reddebatur in agris de messibus. Et hæc sunt nomina virorum qui hoc judicium fecerunt : Hugo de Cleeriis dapifer comitis, Fulco de Molinternia, Fulco forestarius, Russellus de Monte Falconis, Goffridus de Villaguaii, Helias Ligerii. Hoc judicium multitudo magna clericorum, militum atque burgensium qui ad diem fori convenerant, laudavit et justum esse adclamavit. Huic judicio assensum præbuit Gaudinus de Malicornia, Basilius Fisardi, Barbotus de Fishio, Mischinus filius Seimari. Hoc viderunt et audierunt isti ; de clericis : Baiamundus Andegavensis archidiaconus, Vaslotus magister scolarum, Goffredus de Vallibus, Goffridus Isabie, Groffridus presbiter veteris Balgiaci, Robertus presbiter Chiviriaci, Ebrardus prior Villæ-Dei, Goslenus de Bruillio ; de famulis abbatis : Johannes cubicularius, Mauricius coquus, Benedictus marescallus, Rægotus, Christoforus, Evraldus de Chiviriaco prepositus Gaudini et monachorum ; de curte Chiviriaci : Robertus Mulotus, Eudetus de Butreio, Herbertus Blancus, Escotus de Baionaria, et alii multi clerici et laici. Actum publice apud Balgiacum, in curia Gosfredi, nobilissimi Normannorum ducis et Andegavorum comitis, anno ab incarnatione Domini MCXLVI, v idus aprilis, feria secunda.

Ego Goffredus, Dei gratia Normannorum dux et Andegavensis comes, hanc querelam judicio terminari precepi, judicium audiens approbavi, cartam inde fieri mandavi,

factamque meo sigillo confirmavi, præcipiens dapifero Balgiacensi atque preposito ut in adquirenda decima semper monachis adjutores existant, nulloque modo eam auferri vel minui permittant[1].

Sources. Mss. Phillipps, n° 2971, f. IIᶜLII *v°*, n° 811. — D. Housseau, n° 1722 : « In Cartulario Vindocinensis abbatiæ, O. S. B., f. 252 *v°* et 253 *r°* ». — Baluze, 47, f. 278 *v°* et 139, f. 270.

DXV.

DE MEDIETARIA DE VILLERIIS.

Vers 1147[2].

« *Lettre du don de la mestairie de Villiers faict par Richildis, contesse de Vendôme, et consenti par Geuffroy, son fils, aux religieux abbé et convent de la Sainte-Trinité de Vendosme, à l'usaige de l'office d'enfermier, pourveu que l'enfermier sera tenu au jour de l'obit de ladite Richildis, par chascun an, donner de la chair aux frères malades, et aux sains poisson en refectouer solempnellement.* » (Mss. 273 de Vendôme, f. IXˣˣXVII).

Involvens cuncta mortalium mutabilitas non solum vulgi totius, sed comitum et regum, mobilium sepelivit nomina cum ossibus, preter illa quae fuerunt stilo com-

1. Le même jour, « le 6 des ides d'avril, un lundi, en cette même année, Geoffroy, évêque de Chartres, ménagea un accommodement entre Robert, abbé de Vendôme, et Odon, abbé de Saint-Georges-au-Bois. » (D. Verninac, mss. 394, f. 242).

2. Pétigny, *Histoire du Vendomois*, p. 466 ; l'abbé Simon, *Hist. de Vendôme*, t. I, p. 112, lui donne, mais sans preuve, la date précise de 1165.

mendata. Hac de causa, ne mutabilitas mortalium benefacta presentium tollat a memoria posterorum, ego Richildis, comitissa Vindocinensis, notum facio presentibus et futuris quod ecclesiae Sanctae-Trinitatis Vendocinensis, de consensu et voluntate Goffridi filii mei, dedi in elemosinam perpetuam medietariam meam de Villeriis [1] cum pertinentiis suis, pro remedio animae meae et pro animabus antecessorum meorum, et pro anniversario meo singulis annis solemniter agendo. Hoc donum obtulit praedictus Goffridus, filius meus, in praefata ecclesia super altare, quod postea in capitulo, presente conventu, recognovit; ubi constitutum est et statutum, de communi consensu et assensu omnium, ut infirmarius saepe dictae ecclesiae praefatam mediaetariam teneat et de proventibus ejus in die anniversarii mei singulis annis infirmis fratribus de carne ferina et sanis pisceis (sic) in refectorio solemniter provideat. Ut autem hoc donum ratum et stabile permaneat

1. La seigneurie de Villiers dépendait de l'office de l'infirmier, et étendait son droit de propriété sur la métairie de Villiers et quelques vignes aux clos de Saint-Hilaire, de la Pilloguière. Celles du clos Saint-Hilaire furent données à bail par l'abbé de la Chambre au sieur Berthelot, « qui pour estre descheu de tous ses moyens par le malheur du temps et de la prise de cette ville de Vendôme » fut obligé de résilier en faveur de Michel Gentils qui en promit 12 livres 10 sols à Michel Sublet, conseiller du roi et son aumosnier ordinaire, cardinal abbé de la Trinité, le 12 juin 1607.

Les fief, censive et seigneurie de Villiers, consistant en « cens, rente, relief, vente, amandes, avantures, justice foncière, droit de dîmes en grains au lieu de la Lampe, de la Vallée, de Vaulevrier », furent affermés à Mre Jehan Randoyneau, sieur de la Boessière pour 100 livres, et 6 chappons de rente, le 2 janvier 1613, et à Jehan Lenoir, naguères adjoint civil et criminel au siège de Vendôme, pour 120 livres, le 23 février 1643. En 1660, les religieux amortirent en faveur de René de Vimeur de Rochambeau, 34 sols qu'il devait à cause du fief de Villiers pour 32 boisselées de terres, et celui-ci leur amortit un boisseau et demi de froment à lui dû à cause du fief de Vaucroy-la-Garrelière.

prænominatus Goffridus, filius meus, presentem cartulam sigilli sui appensione munivit.

Sources. *Bulletin de la Société archéologique du Vendomois*, 1869, p. 104. « Communiqué par M. de Rochambeau ». Collationné sur l'original en parchemin représenté par le R. P. procureur actuel de l'abbaye cardinale de la très sainte Trinité de Vendôme par les notaires soussignés, le 24 avril. Lambert et Guiard, notaires. Légalisé par M. Gilles François de Trémault, seigneur de Bellatour, la Blotinière, etc., conseiller du roi, lieutenant-général civil et de police au baillage royal et prévoté unie de Vendôme, le 24 avril 1749. — Archives départementales de Loir-et-Cher. — Mss. 13820, f. 333 : « Ex exiguo codice papyraceo recenter scripto. »

DXVI.

DE GUASTINA.

1147.

Jean, comte de Vendôme, donne à la Trinité une partie de la forêt de Gatines avec l'approbation de ses fils Bouchard et Lancelin et de la femme de Bouchard, nommée Agathe.

Ad hoc nobis divina clementia temporalia largitur ut ea pauperibus communicemus, et per fidelem presencium dispensacionem eternam mereamur retribucionem. Hujus rei gratia, ego Joannes, Vindocinensis comes, dono summe et individue Trinitati, et ejus Vindocinensi monasterio quamdam partem forestis mee Gastine, a quercu videlicet Pinelli in longum, sicut venitur a Villa Dei ad Turniacum, usque ad proximam vallem citra puteum Odelini, et in latum recte ab illa valle usque ad terram Godefridi Ruti, et versus terram que dicitur Capillata usque ad terram

Ebroini de Rupibus. Hoc autem facio primo pro Dei et Domini nostri dilectione, secundo pro salute anime patris mei et matris mee, tercio pro filiorum meorum incolumitate; et sicut pater meus in pace tenuit hoc quod in isto dono meo descriptum est, et ego post illum sine calumpnia tenui, ita de jure meo proprio in jus proprium et dominacionem Vindocinensium monachorum refundo, nichil in bosco, nichil in terra presentis doni, sive culta fuerit sive inculta remanserit, mihi vel heredibus meis retinens, sed abbati tantum et monachis Vindocinensis monasterii Sancte-Trinitatis omnem penitus ejus utilitatem et dominationem libere et quiete jure perpetuo possidendam concedens. Hoc concesserunt duo filii mei Burchardus primogenitus, et Lancelinus, et in testimonium sue concessionis mecum quendam cultellum super altare dominicum Sancte-Trinitatis miserunt. Actum Vindocini in capitulo Sancte-Trinitatis, et in ecclesia ejusdem cum oblatione cultelli confirmatum, anno ab incarnatione Domini MCXLVII, die dominica, in vigilia Theophanie [1]. Quod viderunt et audierunt isti : Hugo Bucellus, Burchardus Bucellus, Ramelinus et Berardus filii Frodonis, Frodo, Hugo filius Hugonis de Ambazia, Gotfridus de Sazilliaco, Guido de Pinibus, Paganus de Bauzio, Wlgrinus frater Bartholomei, Bartholomeus filius Alfredi; de clericis : Alfredus presbiter Sancti-Beati, Vitalis presbiter Sancte-Marie; ex parte monachorum : domnus abbas Robertus et totum capitulum, Ingelbaldus Niger, Adam carnifex, Milo carnifex, Arnaldus de Curtozio, Quailerius, Gotfredus de

1. En 1147, la veille de l'Epiphanie, ou le 5 janvier, tombait justement un Dimanche. Nos moines continuaient donc toujours à compter les années *more Romano*. — Le mss. 17049 a donc fait erreur en écrivant 1174 ; la veille de l'Epiphanie tombant cette année-là un samedi.

Balneolis, Dano, Burgotus, Mauricius, Herveus sacrista, Gaufredus Guilbaudi. Hoc etiam concessit apud Lavarziniacum, Agatha uxor Burchardi filii mei. Quod viderunt et audierunt isti: Burchardus et Lancelinus duo filii mei, Paganus Muthardus, Odo filius ejus, Salomon filius Pagani de Fractavalle, Ernaldus Guerrerius, Bartholomeus filius Alfredi.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXV *v°*, n° 839. — Baluze, 47, f. 265 *v°*. — Decamps, 103, f. 159 *v°*. — Mss. 17049, f. 726. — D. Verninac, mss. 394, f. 343. — Mss. 13820, f. 300 *v°*. — Housseau, n° 1724, « ex Cartulario Vindocinensi, f. 265 *v°*. » — Mss. 13820, f. 332. — Mss. 12700, f. 269.

DXVII.

DE FORESTA GUASTINÆ ET NUNDINIS SANCTI-BEATI.

1147.

Jean, comte de Vendôme, avec l'approbation de Geoffroy, duc d'Anjou, donne à la Trinité une partie de la forêt de Gâtines, les revenus de la foire de Saint-Bienheuré, et les pêcheries du Loir.

Charta Gaufridi comitis Andegavensis et ducis Normannorum confirmantis dona facta monasterio Vindocinensi.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Goffridus, Dei gratia Normannorum dux et Andegavorum comes, omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus pacem et quietem. Novit tota pene Andegavensis patria quod nobilissimus Andegavorum comes Goffridus Martellus, ejusque venerabilis uxor Agnes, Pictavorum comitissa, Vindocinense monasterium fundaverunt eorumque successores usque ad

meum tempus illud plurimum dilexerunt. Quorum vestigia ego sequi desiderans, idem monasterium volo diligere, et ea que ab ipsis vel ab aliis fidelibus eidem data sunt debeo defendere. Notum igitur esse volo omnibus fidelibus quod Johannes, comes Vindocinensis, fidelis et amicus meus, dedit Deo et Vindocinensis monasterii monachis, in presentia mea, quamdam partem Gastine forestis sue, a quercu videlicet Pinelli, que erat proxima terris illorum, prope Villam-Dei, usque ad proximam vallem ultra puteum Odelini in longum, sicut forestis a terra culta monachorum dividebatur, et in latum sicut rectius iri poterat secundum eamdem latitudinem, usque ad terram Godefridi Rufi, et inde sicut antiqui hanc forestem ab examplis separabant et terre monachorum jungebatur, versus Villam-Dei, que decitur Capillata. Hoc autem fecit pro salute patris sui et sue filiorumque suorum, et maxime pro emendatione ejusdem forfacti quod monachis fecerat, et pro pecunia quam injuste ab hominibus eorum extorserat. Concessit etiam omnes redditus nundinarum qui in festo Sancti-Beati, apud Vindocinum, congregantur, et totam aquam et aquæ piscationem et dominationem, a ponte Sancti-Beati usque ad molendinos qui dicuntur de Cappa. Hoc totum donum, videlicet nundinarum et aque vel piscationis predicte, dederat Symon, Balgenciaci dominus, dicto Vindocinensi monasterio, pro anima Hugonis filii Ridelli de Rilliaco, qui in servicio ejus infirmitatem susceperat, de qua mortuus in domo monachorum fuit, ubi monachi diligenter eidem in infirmitate servierant defunctumque honorabiliter in claustro suo sepulture tradiderant. Et quoniam predictus comes Vindocinensis Johannes honorem Vindocinensis comitatus a me post Deum habebat, voluit ut predictum donum quod de foreste fecerat et concessio predictarum nundinarum et aque in presentia mea,

id ipsum concedente et volente Burchardo filio suo, firmaretur, ne ab aliquo successorum suorum violaretur. Hi ambo, Johannes scilicet et Burchardus, me sicut dominum suum rogaverunt ut ego hanc eorum elemosinam concederem eamque contra omnes homines ad utilitatem Vindocinensis monasterii defenderem. Ego vero illorum petitioni difficilis esse nolui, sed pro Dei et domni Roberti, Vindocinensis abbatis, dilectione, illorumque deprecatione, donum Johannis comitis et filii ejus Burchardi concessionem concessi, necnon et donum Symonis Balgenciaci domini de predicta aqua et nundinis Sancti-Beati, idque totum in custodia mea et defensione suscepi. Actum Vindocini, in camera abbatis, VII kalendas martii, die dominica[1], anno ab incarnatione Domini MCXLVII. Quod viderunt et audierunt isti : Robertus abbas Vindocinensis, Fulcherius cellerarius, Frodo hospitarius, Fulcherius Viviani, Ridellus de Reilliaco, Absalon Rotamardus, Goferius de Brueria, Nycolaus frater ejus, Lambertus buticularius, Malras (?), Gislebertus Guardarobam, Goffredus Durandi, Fraserius; ex parte Vindocinensis comitis : Burchardus Bucellus, Hilgotus frater ejus, Philippus filius Guiponis[2], Berardus filius Frodonis, Turbodus[3], Bartholomeus filius Ogerii, Bartholomeus Alfredi[4]. Ego Goffredus Dei gratia Normannorum dux et Andegavorum comes, ut hoc firmum in perpetuum permaneret[5], hanc cartam fieri precepi, factam legi, lectam sigillo meo confirmari feci.

Sources. Mss. Phillipps, f. IIᶜLII, nº 810. — D. Housseau,

1. En 1147, le 7 des calendes de mars ou 23 février tombait exactement un lundi.
2. *Griponis.*
3. *Turbaudus.*
4. *Aufredi.*
5. *Staret.*

n° 1724 : « Ex Cartulario Vindocinensi, f. 252[1]. » — Mss. 17049, f. 723. — Mss. 12780, f. 230 v°. — Decamps, 103, f. 155. — Baluze, 47, f. 282. — D. Verninac, mss. 394, f. 242. — Mss. 13820, f. 239 v°.

DXVIII.

19 mai 1147.

. . . . . .

erat, monachorum saisiverat, ad plenum satisfecit, se immerito calumniam fecisse cognovit, illam monachis perpetuo quietam clamavit, necnon omnes alias querelas omnino dimisit, filiique sui singuli singulos nummos accipere concesserunt, Vulgrinus xx solidos, Henricus xii denarios, Johannes vi denarios, Paganus Bassatus iiii denarios, Raherius iiii denarios, Goffridus Cornutus iiii denarios. Huic autem rei presentes affuerunt : Paganus Cornutus, Guillelmus prepositus, Xristoforus, Johannes de Villa-Dei, Dano (?), Goffridus Guibaut, Ernaldus de Curtozeio, Guillelmus, Crispinus, Goffridus Brito, Fulco carpentarius, Juhellus, Lucas Male Calciatus, Eschinardus, Goffridus Tornebesfe. Actum est hoc xiiii kalendas junii, anno ab incarnatione Domini MCXLVII, indictione decima.

Source. Mss. Phillipps, 17712, f. 2, ou « IIcIIIIxxV » du *Cartulaire*, n° 828.

1. Ces deux dates sont exactes, la vigile de l'Epiphanie, de même que le 7 des calendes de mars tombaient un dimanche en 1147 ; les moines de Vendôme commençaient donc toujours l'année à Noël, *more Romano*.

DXIX

DE HUGONE CALVO.

1147.

Extitit quidam fama præpotens homo, percelebris gloria, Hugo nomine dictus, Calvus cognomine, solita miserationis compassione semper largus egenis, sibi pauper. Frater suus fuit Fulcherius nomine, Hyerosolimitanam urbem profectus est, vivens et salvus rediit. Actum anno MCXLVII, indictione x.

Source. Mss. Duchesne, 22.

DXX.

DE REINCEIO ET VILLA-LOBEI.

1148.

L'abbé Robert place sous la protection de Thibaud de Blois les bourgs de Rincé et Villelobé (peut-être Libois, commune de Tourailles), *et devra lui payer chaque année dix sous Blésois.*

Existentium presentie et futurorum posteritati, ego Teobaudus Blesensis comes fieri volo quod Robertus, abbas Sancte-Trinitatis de Vindocino, volens precavere[1]

1. Le Raincé, malgré sa proximité du prieuré de Lancôme, devint une résidence de moines, puisqu'en 1312, l'évêque de

injurias et infestationes malefactorum, posuit in commendatione mea duas villas suas quas habebat in partibus Vindocinensium, Reinceium[1] videlicet et Villam Lobeii, decem solidos Blesensis monete annuatim michi reddendo in die nativitatis[2] sancti Johannis-Baptiste, eo scilicet tenore ut monachi et famuli eorum, et quot mediatores terram eorum excolentes sibi adhibere voluerint, in eis solummodo maneant, et quod nullus inibi manentium

Chartres voulut la visiter, et se vit obligé de déclarer préalablement que son entrée ne pouvait préjudicier aux privilèges de l'abbaye : « Lictera episcopi Carnotensis volentis ingressum apud Reinceyum non prejudicare, MCCCXII ». (Mss. 273 de Vendôme, f. LVIII v^{o}).

Par suite de la nouvelle délimitation des comtés de Vendôme et de Blois (1329), le Reincé fut rattaché au Vendomois, et les religieux conclurent un accord par lequel ils abandonnaient « plusieurs cens, rentes et autres debvoirs qu'ils avoient à Landes pour estre de la seigneurie et domaine de la conté de Blois, et plus cent francs d'or, et le conte de Blois quictoit auxdits religieux tout ce qu'il pouvoit demander en la terre et seigneurie de Reincé, et toute justice haulte, moyenne et basse, et les 10 sols de garde annuelle, concédés dans la présente charte, ladite terre de Reincé et justice du ressort et souveraineté de Monseigneur le conte d'Anjou » 1367. Cet accord fut confirmé par les comtes d'Anjou et de Vendôme, et par le parlement de Paris, 1369-1370. (Mss. 273, l. c.). En leur qualité de seigneurs de Reincé, les religieux reçurent les aveux de Pierre de Refuge, 1491, et de René de Maillé, sieur de Villeromain, 16 juillet 1422. D'autre part, le prieuré relevait du seigneur d'Amboise, et en 1507, l'abbaye reconnaissait devoir au roi en sa qualité de seigneur d'Amboise, 12 sols 6 deniers par chacun an au lieu et place du droit de rachapt à chaque mutation d'abbé. Sur leur refus de payer cette redevance, ladite terre fut plusieurs fois saisie, en 1523 et 1596, etc., et les religieux n'obtinrent main-levée qu'après une nouvelle déclaration.

La terre de Landes, dont il est parlé dans l'accord avec le comte de Blois, était le fief de la Bressière, donnée à l'abbaye par Guillaume de la Bressière et sa sœur, et aussi par son suzerain, Hervé de Pray, sèigneur de Pray, et par son fils Gencien, en 1366. (Mss. 273, f. LVIII).

1. *Devitare.*
2. *Ad festum.*

forifaciat michi aut hominibus meis seu terre nostre, neque cum comite Vindocinensi neque cum alio aliquo. Quod si facerent, in commendatione mea deinceps non essent; si tamen abbas aut monachi rectum michi facere recusarent. Pactum etiam fuit quod ego vel heredes mei commendationem illam de manu nostra non duceremus alicui eam tribuendo, prefatos decem solidos reddent quot annis preposito meo de Blesis. Ut itaque hoc ratum et inconcussum deinceps permaneat, hanc cartam fieri et sigilli mei auctoritate corroborari precepi. Hujus rei sunt testes : Robertus prefatus abbas Vindocinensis, et de monachis suis : Fulcherius, Odo, Petrus, Osmundus; de militibus : Joscelinus de Auneello, Raherius de Veteri-Vico, Gauterius de Bernon, Turbaudus[1] de Vindocino, Robertus de Frouvilla, Rossellus[2] de Monte-Falconis; de servientibus monachorum Vindocinensium : Goffridus Brito, Xristoforus. Actum apud Blesim, anno ab incarnatione domini MCXLVIII, regnante Ludovico filio Ludovici, rege Francorum, eo anno quo ipse et Henricus filius meus in partibus Jherosolimorum demorabantur, eo vero tempore quo Goslenus Carnotensis episcopus cathedram episcopatus sortitus est, anno vero ordinationis domni Roberti abbatis Vindocinensis v. Radulfus capellanus meus hanc sigillavit, et ipse testis.

Sources. — Mss. Phillipps, 2971, f. IIcLIIII *v°*, n° 813. — Baluze, 47, f. 282. — Decamps, 103, f. 155. — Mss. 5419 A, f. 85; Gaignières a copié sur l'original et commence par les mots : Ego Teobaudus..., à la fin il ajoute : « Scellé en cire blanche sur lacs de soye rouge et verte. » — D. Verninac, mss. 394, f. 242. — Mss. 13820, f. 292 et f. 341. « Ex codice papyraceo recenter conscripto », mss. 12700, f. 279. — Mss. 273 de Vendôme, f. LVI *v°*, a.

1. *Trebaudus.*
2. *Russellus.*

DXXI.

DE QUERELIS HERVEI DE SCALIS.

1144-1148.

Hervé des Echelles et ses enfants se désistent de toutes revendications envers la Trinité.

Notum sit presentibus et futuris quod quedam contentio de quibusdam terris inter monachos Vindocinenses et Herveum de Scalis fuit per longa tempora, que, Deo volente, in hunc modum est pacificata. Predictus Herveus, divina gratia inspirante, cum duobus filiis suis Herveo primogenito suo et Galterio multisque aliis hominibus, in capitulum Sancte-Trinitatis venit, ibique in presentia domni Roberti abbatis et omnium monachorum, annuentibus filiis suis supradictis Herveo et Galterio, omnes querelas quas erga monachos habebat omnino dimisit, et terram, pro qua contentio erat, monachis in pace et quiete concessit. Domnus vero abbas Robertus similiter eumdem Herveum ab omnibus querelis, tocius capituli assensu, quietum clamavit. Quod viderunt et audierunt isti; ex parte monachorum: domnus abbas Robertus, Hugo prior, Guillelmus subprior, Paganus tercius prior, Guisnundus armarius, Fulcherius thesaurarius; de famulis: Guibaudus, Odo Polardus, Burgotus, Goffridus Brito, Sirotus, Goffridus faber, Luchellus, Ernaudus de Curtozio, Petrus Forellus, Paganus Cornutus; ex parte Hervei: ipse Herveus, Herveus et Galterius filii ejus, Petrus de Sancto-Leonardo, Paganus de Frovilla, Fulcherius Egidii, Buccar-

dus de Mala-Voa, Robertus de Choa, Garcio de Fractavalle, Ebrardus potator. Hoc totum concessit, apud Plaisicium ipsius Hervei, Ascelina uxor sua et Rainaldus filius ejus, et Hildegardis filia ejus et Sicilia, et Henricus filius ejus. Quod viderunt et audierunt isti : Herveus de Scala, Galterius filius ejus, Radulfus nepos ejus, Guillelmus de Bosco, Gathun, Girardus nutricius, Mainardus stabilis. Hoc etiam concessit Juliana, filia ipsius Hervei, coram patre suo et coram Hugone viro suo. Quod viderunt et audierunt isti : Galterius Greno, Jordanus Anglicus, Guillelmus frater Hugonis puer.

Source. Mss. Phillipps, 2971, fol. IIc Lxx, n° 852.

DXXII.

DE ECCLESIA DE VARENNA.

1144-1148.

Geoffroy, évêque de Chartres, permet de construire une église dans la Varenne, près l'abbaye.

Goffredus, Dei gratia Carnotensis episcopus, Roberto venerabili abbati totique Vindocinensi conventui, salutem in Domino. Audientes necessitatem vestram et angustias quas pro infirmis fratribus vestris patimini, vobis compatimur, vestreque petitioni qua de ecclesia construenda in terra vestra de Varenna nos sepius rogastis, compatiendo condescendimus. Habito itaque consilio cum domno Roberto, venerabili Vindocinensi archidiacono, cum ejus assensu et voluntate, concedimus vobis ut in predicta Va-

renna capellam construatis[1], salvo jure parrochiali matris ecclesiæ beati Martini.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LVIII, n° 820. — Mss. 13820, f. 340 : « Ex mss. codice papyraceo antiquo et denso, f. 346. »

DXXIII.

DONUM ET RECOGNITIO G. CARNOTENSIS EPISCOPI DE ECCLESIA SANCTI-BEATI.

1148.

Goslen de Lèves, évêque de Chartres, confirme et amplifie les privilèges des religieux de Vendôme pour l'église de Saint-Bienheuré, se réservant la présentation du curé et le tiers des oblations à cinq fêtes de l'année.

Quoniam que litterarum apicibus annotantur firmiorem in posterum retinent nocionem, decrevi ego, Goslenus Carnotensis cathedre humilis minister, quod in capitulo Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis monasterii per nos actitatum est, presenti cedule communire privilegio. Ecclesia siquidem Sancti-Beati quam, ex predecessorum nostrorum

1. Ce fut la chapelle dite de Saint-Denis-des-Prés. Le mss. 13820, f. 340, écrit la note suivante: « Folio 339 (ex mss. codice papyraceo antiquo et denso) invenitur instrumentum de quadam ecclesia de Sancto-Dionysio dicta, ubi Burcardus comes Vindocinensis nominatur anno MXII, sub Hugone rege Francorum. » Plus loin, f. 342 *v°*, il identifie cette chapelle de la Varenne avec celle de Saint-Denis: « Ideo concedit (Golfredus episcopus Carnotensis) ædificare capellam sancti Dionisii in terra de Varenna ipsorum monachorum, quo videtur significari locum eum fuisse infirmorum monasterii diversorium. — Ex codice papyraceo recenter conscripto. »

munifica largicione, Vindocinenses monachi longis retro temporibus tenuerant, nos quoque illis concessimus, ita scilicet ut ordinandi ibidem sacerdotis presentatio et oblationum que designamus pertineat portio. In quinque nimirum festivitatibus: Pascha, Natali Domini, Purificatione beate Marie, festo Omnium Sanctorum, in natali sancti Beati, duas oblationum partes accipient, paschalis quoque cerei ab inferiori parte mensura unius durni. Sed et decimas vinearum sive hortorum ad proprietatis eorum jus pertinentium, eis omnino condonavimus; duos autem vini modios et frumenti unum, quos bone memorie pater noster Gauffridus adquisierat, nobis retinuimus; quidquid ibi de cetero nostra consequi sollicitudo poterit, nostrum sine reclamatione alicujus erit. Monachi super hoc condignas nobis gratias referentes, dato in manus nostras quodam bone voluntatis pignore libello, concesserunt se singulis annis anniversarium patris nostri Gauffridi sollemniter acturos. Actum est in presentia nostra, in capitulo Sancte-Trinitatis, anno ab incarnatione Domnini MCXLVIII, episcopatus vero nostri primo, presentibus istis: Richerio Dunensi archidiacono, Roberto Vindocinensi archidiacono, magistro Fulcaudo, magistro Odone, Goffrido preposito, Guillelmo de Bello-Videre, Odone Vindocinensi decano, Hilgoto presbitero, Aufredo ejusdem ecclesie sacerdote, presentibus etiam abbate de Nealfia et abbate de Stella[1].

Sources. Mss. Phillipps, 2971, fol. IIc LXI, n° 826. — Baluze, 47, f. 281 *v°*, 139, f. 270. — Decamps, 103, f. 1146. — D. Verninac, mss. 394, f. 243.

1. Raoul, 2e abbé de l'Etoile, 1147-1177. L'abbaye de l'Etoile en Vendomois avait été fondée vers 1130 par Mathilde de Châteaudun, à la prière de son époux, Geoffroy Grisegonnelle, comte de Vendôme, alors en croisade. L'abbaye de Vendôme avait abandonné au monastère naissant tout ce qu'elle possédait aux

DXXIV.

DE ANCILLA GOFFRIDI PAGANI.

Vers 1148.

L'abbé Robert poursuit la reddition, à son abbaye, d'une serve et de la terre à laquelle elle était attachée, d'abord auprès de Barthélemy, qui mourut à la croisade, et ensuite auprès de son beau-père, Josbert du Bouchet, qui s'empressa de reconnaître les droits des religieux.

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod Goffridus Paganus quondam suam ancillam, Osberti de Solesmes filiam, cum terra quadam quam ei ipse O. pater ejus in maritagium dederat, Deo et monachis Sanctæ-Trinitatis Vindocinensis in elemosinam, jure perpetuo possidendam, et totam ejus progeniem, ob redemtionem anime sue et parentum suorum donavit, quam bone memorie G., eo tempore Vindocinensis monasterii pastor eximius, cuidam ecclesie servo, Hugoni S. de Sartrino, cum predicta terra uxorem dedit, de qua ipse H. filium genuit qui Barbotinus vocatus est. Hic autem per temporum incrementa crescendo, ad etatis perfectionem perveniens, fatis urgentibus, utroque parente orbatus est. Quo facto, sue conditionis et parentum suorum servitutis obliviscens, elationisque cumulum conscendens, et rectam

alentours, d'après le passage suivant d'une charte de Geoffroy de Lèves, évêque de Chartres, datée de 1132 : « Statuimus autem et omnino authoritate nostra prohibemus ne monachi Vindocinenses qui, gratia et amore Dei et interventu gloriosi principis Theobaldi, Blesensium comitis, et nostro, quidquid in predicto loco habere se dicebant, vobis sponte totum et in elemosynam concesserunt, ulla amplius reclamandi in eo loco seu in pertinentibus ejus facultas detur. »

patris sui viam, qui toto vite sue spacio monachis dominis suis fideliter pro posse suo servierat, relinquens, omni posthabita monachorum reverentia, eos contempsit, et eis pro debita servitute, injurias et contumelias irrogavit. Quod predictus abbas G. considerans et prudenti deliberatione apud semetipsum pertractans, illiusque pravitati se non posse per se resistere cognoscens, saniori consilio, ejusdem Barbotini superbiam conculcando, pristine servitutis dominio illum ligari ad tempus promisit. Interim autem, Barbotino absque ullo herede moriente, terram prefatam in manu Bartolomei remansit. Contigit autem, annis succedentibus plurimis, ut ipse Bartolomeus, quadam filia sua Josberto de Boschet[1] legitime desponsata, Jerusolimam pergeret, terramque suam Josberto custodiendam cum filia sua traderet, qui ejusdem terre post ejus decessum Bartolomei suus heres remansit. Defuncto itaque in via Bartolomeo, prefatoque Josberto eidem succedente, Robertus, Dei gratia tunc temporis Vindocinensis monasterii pastor egregius, in adquirendis ejusdem loci beneficiis ante tempus ejus misere et forsitan inhabitantium desidio sublatis intentus, sepedictum Josbertum super tali actione, per se et per amicos suos, requisivit. Rem vero, prout gesta est a principio donationis Gaufridi papæ et tractata inter domnum abbatem et Bartolomeum, ex ordine referendo notificavit. Quod Josbertus audiens,

1. Josbert, ou mieux Gosbert, seigneur du Bouchet (appelé plus tard le Bouchet Touteville) était de la famille de Preuilly et Barthélemy, père de sa femme, Adèle ou Adelais, était Barthélemy de Vendôme, frère de Geoffroi Jourdain, comte de Vendôme, et d'Engebaud, archevêque de Tours. Barthélemy fut la souche de la branche de Vendôme, seigneurs de Bourguerin (aujourd'hui Droué) au Perche. — A. de Trémault.

Gosbert du Bouchet avait donné à Marmoutier l'église de Saint-Joudry de Chauvigny (*Cartulaire Blésois,* ch. CLXVI).

jusque proprium monachorum recognoscens, timore Dei et amore, necnon domni Roberti abbatis dilectione, et amicorum suorum convictus, predictam terram in perpetuo possidendam, sicut G. papa patri Bartolomeo inprimis donaverat, sine ulla retentione monachis reddidit, qui tamen, inde de communi substantia monasterii, CCC^tos^ solidos Andegavensis monete de caritate habuit. Hec itaque redditio et redditionis confirmatio facta est in Vindocinensi capitulo, in manu domni R. abbatis, cunctis videntibus et audientibus monachis; affuerunt etiam, hi clerici et laici quam plures, huic rei testimonium perhibentes, quorum ista sunt nomina : ipse Josbertus, Herveus de Bellovidere, Stephanus Graol, Petrus Torellus, Bocardus Bocellus, Erchembaudus prepositus Capa-Asini, Arnulfus Bodellus, Guerris Charous cognatus Guillelmi de Solummes, ipse Guillelmus et frater ejus Brito, Hilgotus de Caresmo, Guillelmus de Posterna, Bartolomeus frater ejus, Odo decanus, Hilgotus presbiter; de nostris vero : domnus abbas Robertus, totum simul capitulum; de famulis: G. Burgotus, Gosfridus faber, Goffridus Brito, Sirot, Lambertus, Robertus de Villa-Dei, Goffridus Guibaudi, Odo Polardus, Vitalis de Sartrino, Rainaudus Russellus, Lucas de Tesla, Rogerius de Quoquina Malecalciatus; item ex parte ejus : Bartholomeus Ogerii senescallus ejus. Hoc similiter concessit Charous cognatus Guillelmi de Solemmes in domo sua, uxorque illius... (*sic*) que inde habuit VI denarios, duo filii ejus, Osbertus et Petrus, qui inde habuerunt singuli II^os^ denarios, et filia ejus que inde II denarios habuit, quos illis dedit Osmundus qui ad hoc audiendum cum famulo Goffrido Britone ibi missus fuerat. Hoc totum affiduciavit prefatus Josbertus in manu domni Roberti abbatis, in capitulo Sancte-Trinitatis, et inde obsides fuerunt Guillelmus, Lisoius, Galebrunus de

Mainleio, Johannes de Sancto-Antonio. Hoc factum est in camera domni Roberti. Hoc affiduciaverunt hii tres prefati milites, tali scilicet pactione, ut si sepedictus Josbertus hanc violare, quod absit, voluerit, ipsi milites, postquam ab abbate submoniti fuerint, tamdiu infra Vindocinum captionem tenerent, quousque ad libitum abbatis hoc pacificatum foret. Quod viderunt isti : domnus abbas Robertus, Fulcherius cellararius, Simon elemosinarius, Frodo prior de Columbariis, Osmundus tunc hospitiarius; de famulis: Ricardus Roillaguth, Goffridus Brito; ex parte ejus : ipse Josbertus, Tebaudus de Gravia, Hilgotus Bocellus, Guillelmus Poncetus, Rainaudus Mansellus, et alii quam plures. Misit etiam domnus abbas Robertus Osmundum, tunc hospiciarium, apud Pruilleium, ut hoc concessit Adeleldis, prefati Bartolomei filia, uxor Josberti, que inde habuit unum ciphum argenteum unius marci. Quod viderunt et audierunt: ipse Josbertus, Bartolomeus Ogerii, Philippus filius Pagani Cornuti, Aamers, Odo, Guillelmus Bofferez, Bestornatus, Garinus asinarius, Hugotus Foras, Hamelina de Solummes, Osmundus monachus, Sirot famulus ejus.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXI, nº 827.

DXXV.

DE RUPE SANCTI-BEATI.

Vers 1150.

Simon de Beaugency et son frère Lancelin approuvent le don d'une roche près celle de Saint-Bienheuré, fait par Simon de Phaye.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam

futuris, quod Symon de Balgenciaco rupem de rupe Sancti-Beati quam Symon de Phaia dederat in elemosinam Sancte-Trinitati ejusque conventui, domno Roberto abbati apud Sanctum-Sepulcrum, in camera que est ex parte ecclesie, in eandem elemosinam Sancte-Trinitati prepetuo habendam concessit. Quod viderunt et audierunt: Helias Boel, Roscelinus Malaterra, Radulfus de Monte-Foleti, Herbertus de Boscheto, Bernardus de Dangelo. Hoc etiam concessit Lancelinus, frater ejusdem Symonis, in claustro ejusdem ecclesie. Cujus rei testes sunt: idem Robertus, abbas Sancte-Trinitatis, et cum eo abbas Sancti-Maximini Aurelianensis, Guillelmus Rufus, Hilgotus presbiter, Bartholomeus de Phaia, filius datoris, Bartholomeus sacrista illius ecclesie et alii plures.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXVII r°, n° 848.

DXXVI.

DE NUNDINIS SANCTI-BEATI.

1150.

Simon de Beaugency nous donna les foires de Saint-Bienheuré, en récompense de la sépulture honorable donnée à son chevalier. Sa femme, Adenor, refusa d'abord, mais sur le point de mourir, elle supplia son mari de nous les rendre.

Notum sit præsentibus et futuris quod Symon, dominus Balgenciaci, dedit nobis nundinas Sancti-Beati, pro quodam milite qui sibi sub spe donativorum serviebat, filio scilicet Ridelli de Relliaco, quem apud nos in hospitio defunctum in claustro nostro honorifice tumulavimus. Hoc

autem donum Adenordis, uxor ipsius Simonis, nullatenus tunc temporis concedere voluit, quoniam prædictas nundinas domnus Symon ei in dote donaverat. Tandem ipsa Adenordis, gravi corporis infirmitate detenta, viam universæ carnis se ingressuram cognoscens, nundinas jam sæpedictas nobis libenter concessit, et domnum Simonem, ut eas nobis redderet, suppliciter exoravit, ipse enim in manu sua nundinas tenebat. Cujus precibus domnus Simon spontanea voluntate annuens, hec et alia plura, pro redemptione anime ipsius Adenordis parentumque suorum, nobis et aliis donavit. Quæ omnia dona Lancelinus, frater Simonis, precibus ipsius Simonis, concessit. Concessit itaque nobis Lancelinus nundinas Sancti-Beati, apud Balgenciacum, in curia monachorum, ante portam Galilee Sancti-Sepulchri, in præsentia domni Roberti abbatis, domno abbate in palefredo suo sedente, Lancelino vero pedibus suis coram eo stante. Quod viderunt et audierunt isti, ex parte monachorum : domnus abbas Robertus, Hylarius sacrista, Ebrardus tunc prior Balgenciaci, Guimundus armarius, Martinus Blesensis, Martinus de Balgenciaco ; de famulis : Ebrardus de Columbariis, Eschivardus, Russellus de Hospitio, Robinus de Balgenciaco; ex parte Lancelini : ipse Lancelinus, Tebaudus Morinus, qui in quodam equo sedens quendam sciphum argenteum in manu sua tenebat, Ferrat catum. Actum est hoc apud Balgenciacum, in curia monachorum, anno ab incarnatione Domini MCL.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc Lxvi *v°*, n° 841. — Baluze, 47, f. 259 *v°* et 139, f. 250, avec renvoi au même folio du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 159 *v°*. — D. Verninac, mss. 394, f. 343. — Mss. 13820, f. 300 *v°*, et f. 342 : « Ex codice papyraceo recenter conscripto. »

DXXVII.

DE RICHARDO ROILLEGOTO SERVO.

1150.

Richard Roillegot, serf de la Trinité, donne à l'abbaye tout ce qu'il avait à Thoré.

Noverunt tam futuri quam presentes quod quidam famulus Sancte-Trinitatis, nomine Richardus Roillegotus, reliquit Deo et ecclesie Vindocinensi quicquid in villa de Toireio a monachis Vindocinensibus habebat, et donavit in manu domni Roberti abbatis, videlicet tractum decimæ, pilleium de grangia, terram et census hominum et quicquid in villa illa possidebat, omnia sine retencione aliqua donavit, pro qua donacione habuit XL solidos Andegavensis monete et unam cappam. Hanc autem donacionem fecit in capitulo, ut predictum est, in manu domni Roberti abbatis, videntibus monachis: Hugone priore, Guillelmo subpriore, Fulcherio cellarario, Fulcherio Viviani, Matheo hospitario, Guimundo armario, ceterisque omnibus. Affuerunt ibi laici: Goffridus Guibaudus, Odo Polardus, Rogerius de Quoquina, Juhellus portitor, Goffridus Brito, Goffridus Faber et multi alii. Hoc donum concesserunt ante cellarium, super ductum aquæ, Phenia uxor predicti Richardi et Guerriva filia ejus, Maria et Juliana, et nepotes ejus Matheus, Herveus, Rainaldus prepositus Pisoti. Quod viderunt et audierunt isti: domnus abbas Robertus, Fulcherius Viviani, Guillelmus hospitarius, Guillelmus Paganus, Maino Gervasius; de laicis: Herveus sacrista, Guillelmus de Rupibus, Juhellus portitor, Petrus Mathua, Johannes carpentarius, Gilo Cloet faber, Gifardus Robinus

et multi alii. Actum est hoc in capitulo monachorum, anno ab incarnatione Domini MCL.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXVI v^{o}, n° 842. — Mss. 13820, f. 340. « Ex Mss. codice papyraceo antiquo et denso, f. 341. — Mss. 12700, f. 279.

DXXVIII.

DE DANZEIO.

Vers 1150.

Le chevalier Joscelin de la rue des Vasseleurs, parvenu à une extrême vieillesse, voulut mourir sous l'habit monastique, ce qui lui fut accordé ; mais auparavant il donna à l'abbaye une terre à Danzé et 22 combres dans le Loir.

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus quod quidam miles de Vindocino, Joscelinus nomine, de Rua Vassalorum, jam fere ad decrepitam etatem productus, mundumque et que mundi sunt deserere cupiens, vitam suam in monachi habitu finire disposuit. Hujus rei causa predictus Joscelinus per duos filios suos, Fulcheredum scilicet et Guillelmum, et per ceteros amicos suos, domnum Robertum abbatem Vindocinensem ad rationem mittens, quatinus eum pro Dei amore monachum faceret suppliciter exoravit. Domnus vero abbas, bone voluntatis Joscelini cognoscens effectum, ejus precibus et amicorum suorum peticionibus assensum prebuit, atque illum monachum fecit. Antequam vero Joscelinus monachus fieret, ut bona celestia lucraretur de temporalibus bonis que sibi Deus prestiterat, ipsi Deo et sibi servientibus monachis Vindocinensibus oblatus est. Dedit itaque jam sepe dictus

Joscelinus, concedentibus duobus filiis suis Fulcheredo et Guillelmo, Deo et ejus Vindocinensibus monachis, quamdam terram quam habebat apud Danzeium [1], cum omnibus que ad eamdem terram pertinebant, et IIII^or denarios census. Hoc autem donum fecit Joscelinus in capitulo Sancte-Trinitatis, coram omni conventu, et ut firmius teneretur nec ulterius ab aliquo quassaretur, donum istud super altare dominicum posuit. Dedit etiam XX et II cumbros in Ledi alveo.

Quod viderunt et audierunt isti : Tetbaudus de Gravia, Hilgotus Bocelli, Guillelmus Roillatus, Ernulfus Bodelli, Fulcheredus filius Joscelini et Guillelmus frater ejus, Ingelbaudus de Busleio; de burgensibus : Henricus Mal-

1. Le prieuré de Danzé fut uni à l'office de cellerier par acte du chapitre général du 24 novembre 1343 ; le revenu en était affermé en 1687 pour 1000 livres et 50 livres de beurre. Les principales propriétés étaient : 1° Le fief des Mornais ; en 1550, l'abbaye vendit 200 arpens de terre à M^re Jehan de Lavardin, maître de l'Hôtel-Dieu de Vendôme ; en 1554, intervenait un accord avec Louis de Vauloger, fils de Pierre de Vauloger, pour des bois près de Neufmanoir ; un autre en 1560 avec Guillaumau, curé de Danzé, en 1580 avec Raphael de Taillevis, seigneur de la Mézière, en 1638, avec Louis de Tascher, écuyer, sieur de Boisgontier, demeurant au lieu seigneurial de la Gaudinière, en 1706, avec Jullien de Pille, conseiller du roi, receveur du grenier à sel de Mondoubleau.

2° Le moulin de Danzé, situé sur l'étang du prieuré, loué en 1583 à Jehan Grimaudet, argentier du roi de Navarre. Sa fille Marie, veuve de Hélie Cupif, président des grands jours de Vendomois, fit aveu pour ce moulin en 1642, et en 1644, son fils, Robert Cupif, évêque, comte de Léon, conseiller d'État du roi. La sœur de ce dernier, Marie, épouse de Christophe Fouquet, comte de Chaslain, président à mortier du parlement de Bretagne, le possédait en 1685 et encore en 1709.

3° Les métairies de Danzé, de la Buraterie, des Gats, des Ragots, de la Baronnerye, de la Borde et des Allées.

4° Les terrages et dîmes, qui étaient affermés pour 9 muids de blé, 4 charretées de paille, 6 chapons et 8 poules en 1624.

La cure de Saint-Martin de Danzé était à la présentation de

russetus, Goffridus magnus ; de famulis : Lambertus, Rainaldus, Jacobus, Petrus, Mathua ; de monachis : Hugo prior, Paganus subprior, Osmundus cellararius, Fulcherius Viviani et multi alii.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXIX, nº 850.

DXXIX.

DONUM ARCHEMBALDI PREPOSITI.

1151.

Archembaud, prévôt de Vendôme, donna un chemin allant de Danzé au moulin de Nevel.

Posteritati succedentium notificare volumus quod Archembaudus prepositus, filius Archembaudi prepositi,

l'abbé de Vendôme, et en 1648 les fabriciens lui firent déclaration « pour l'église paroissiale attenante d'un côté à la chapelle Saint-Aignan ».

Hélie Cupif, cité plus haut, fut un des bienfaiteurs de l'église de Danzé. Sur le lambris de la voûte, on voit peintes ses armoiries : « Parti au Iᵉʳ d'or (ou de sable) à une feuille de trèfles de sinople, en chef, et une demie en pointe, au 2ᵉ de sinople à un lion rampant d'or en chef et un demi en pointe. » L'écusson est encadré de feuillage ; d'un côté est écrit JUILLET, de l'autre 1624. Au-dessous on lit l'inscription suivante :

MONSʳ CVPIF ANCIEN
ADVOCAT EN PARLEMENT
PRÉSIDENT AVX GRANDS IOVRS DV
VENDOMOIS Sʳ DES COVETERIES
MIT LA PREMIÈRE TABLE DE CE
LAMBRIS PRESANS Mʳ I. ROVLLEAV
CVRE : Mʳ BRILLARD : Sʳ MITONEAV
GAGIERS : A : MERVEILE ENTREPRENEVR.

dedit Deo et monachis Vindocinensibus viam tocius terre sue qua venitur de Danzeio ad molendinos de Navulleio [1], scilicet juxta stagna sua de foreste, et sicut rectius venitur ad pertusum haie ipsius forestis, et usque ad predictos molendinos, concedendo ut omnes quicumque vellent ad molendinos de Navulleio secure veniretur, et secure reverteretur. Concessit eciam ut ipsa via unius plaustri latitudine amplificaretur. Hoc donum fecit Archembaudus in capitulo Sancte-Trinitatis, in manu domni Roberti abbatis, cum quodam cultello, Burchardo fratre suo ibi astante et concedente et cum ipso donum faciente. Quod viderunt et audierunt isti : domnus abbas Robertus, Hugo prior, Guillelmus subprior, Fulcherius cellararius, Symon elemosinarius, Guimaudus armarius et omnes alii; de militibus : ipse Archembaudus, Paganus Cornutus, Hilgotus Bocellus, Rainaldus de Mota, Paganus de Turpilliaco, Giraudus frater ejus; de burgensibus : Bocellus de Nuilliaco, Arnaudus de Curtozio, Burellus de Cappa, Guillelmus Polenus, Guillelmus Calvini, Philippus Milonis, Adam de Fractavalle; de famulis : Gofridus Burgotus, Eschivardus, Rogerius de Coquina, Xristoforus, Juhellus, Goffredus hostiarius, Haraldus, Johannes crassulus, Garinus Hedus, Martinus, Petrus de Troeia, Petrus Clava, Odo Torrellus, Odo de Balgenciaco, Rainaldus frater ejus. Postea ut hoc donum firmius teneretur, nec ulterius ab aliquo quassaretur, ipse Archembaudus et Buccardus frater ejus donacionem suam, cum supradicto cultello super altare dominicum posuerunt. Quod viderunt et audierunt

1. En 1219, Rainaud, seigneur de Lisle et vicomte de Blois, donna à l'abbaye d'Evron, pour le repos de l'âme de son père, un muid de froment à prendre sur la métairie de Nevel, près Vendôme. Je ne connais pas ce Nevel. Est-ce Naveil? Cela me paraît douteux. — A. de Tr.

isti : domnus abbas Robertus, Hylarius sacrista, Guimundus armarius, Paganus Cornutus, Hilgotus Bocellus, et omnes alii predicti. Hoc eciam donum concessit Jeroa, mater ipsius Archembaldi, et Heloisa uxor sua, in domo ipsius Archembaudi, coram Fulcherio cellarario. Quod viderunt et audierunt isti : Rainaldus de Mota, Hugo panerius, Henricus Brunellus, Petrus Torellus, Galterius de Erneia ; de famulis : Lambertus de Hospicio, Goffridus Guibaut, Vitalis de Sartrigno. Pro hac vero donacione et concessione habuit Archembaudus L. solidos ac unum palefridum, et mater ejus Jeroia et Heloisa uxor ipsius Archembaudi et Buccardus frater ejus XX et V solidos, per manum Hylarii sacriste. Quod viderunt et audierunt isti : ipse Archembaldus et Buccardus frater ejus, Gofredus Burgotus, Buordus. Actum est hoc Vindocino, in capitulo Sancte-Trinitatis, anno ab incarnatione Domini MCLI, indictione XIIII.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXV, nº 838.

DXXX.

DE VILLADEI.

1151.

Dons faits en faveur du prieuré de Villedieu.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod

1. Engebaud, archevêque de Tours, était fils de Geoffroy-Jourdain, comte de Vendôme. En 1151 il fit les cérémonies des épousailles de Mathilde, fille de Jean, comte de Vendôme, avec Henri de Penthièvre. (Housseau, t. XV, nº 133. — Spicilege,

Guillelmus Acentus (?) et Fulcherius filius ejus dederunt Deo et ecclesie Vindocinensi, in villa Heremitarum, census Drogonis Pontonis et census Guarini Pontonis, et masuram Petri Billi in elemosina perpetuo jure possidenda. Quod donum in manu Ebrardi, tunc prioris de Villa Dei[1], fecerunt, quia ad prioratum Ville Dei donum illud pertinebat. Quod viderunt et audierunt de monachis : Ebrardus prior, Harmerius; de famulis : Goffridus Mathois, Paganus de Heremitis et multi alii. Post aliquanto tempore evoluto, homo quidam, qui Hugo Esdencherius vocitabatur, donum illud quod facerant supradicti Guillelmus et Fulcherius cepit calumpniari, et monachis quantas potuit injurias super

p. 538.) « Anno ab incarnatione Domini MCLI, mense septembri, XIII kalendas octobris, die ipso quo Hainricus comes Mathildem, filiam Johannis Vindocinensis comitis, apud Meduanam uxorem duxit. » Mss. 5441[3], f. 321.

Son successeur fut son neveu Barthelemy, qui confirma à l'abbaye de Saint-Pierre de Preuilly les donations faites « a bonæ memoriæ Engelbaudo avunculo et predecessore nostro. » Housseau, V, n° 1982.

1. Le prieuré de Villedieu fut uni à la manse abbatiale en 1327 : « Lictera abbatis et conventus monasterii Vindocinensis super unionem prioratus de Villadei, causis in eadem expressis, baillive ipsius prioratus, et per hoc mense abbatiali, cui ipsa bailliva competebat. Datum MIIIcXXVII. — Lictera episcopi Cenomanensis unionem per abbatem et conventum monasterii Vindocinensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, factam de prioratu de Villa Dei mense abbatiali ratam habentem. Datum MCCCXXVII. » (Mss. 273 de Vendôme, f. XLIIII v°, h, i.) L'évêque du Mans, dix ans plus tard, vint à Villedieu, et reconnut, mais avec peine, l'exemption du prieuré, à l'instar de l'abbaye elle-même : « Lictera episcopi Cenomanensis per quam fatetur exercicia jurisdictionis per eum facta in prioratu de Villa-Dei non prejudicare privilegiis et exempcioni religiosorum Vindocinensium ; nisi quathenus cum exerciis suorum predecessorum esset sufficienter dictis libertatibus derogatum et contra ipsas exempciones prescriptum. Datum MCCCXXXVII. » (Ibid.) Plus tard intervint « ung arrest du grand conseil pour l'exemption de la visite de Villedieu, de l'évesque du Mans ». (Ibid., f. XLVI v°.) L'archevêque de Tours, nous ne savons à quel titre, fut reçu dans

hoc irrogare. Sed tandem Petrus, tunc prior de Villa Dei, huic calumpnie et controversie finem imponere cupiens, cum predicto Hugone diem pacis et concordie in presencia domini Roberti apud Vindocinum cepit et nominavit. At convenientes Petrus prior et Hugo cum amicis suis, Hugo, accepto cum amicis suis consilio, donum a predictis Guillelmo et Fulcherio antefactum recognovit, cognitumque Deo et ecclesie Vindocinensi in elemosina concessit, et propria manu sua, in manu domni Roberti abbatis, in parlatorio cellarii posuit. Quod viderunt et audierunt, de monachis: domnus Robertus abbas, Petrus de Villa Dei, qui eidem Hugoni XXV solidos pro concessione ista dedit, Guillelmus hospitarius, Fulcherius Vivianus, Petrus

le prieuré, mais sans vouloir préjudicier: « Lictera episcopi Turonensis quod ejus recepcio apud Villam-Dei non prejudicat. » (Ibid., f. XLVIII.)

Nous relevons dans le même manuscrit plusieurs actes relatifs au prieuré de Villedieu. En 1322, l'abbaye rentrait en jouissance de la terre du Gordreau, que Pierre Chantelard, religieux, avait reçue de la succession de son frère; cette terre relevait féodalement du seigneur du Plessis. En 1346, le chevalier Jehan d'Aubemare vendit aux moines les noues et près d'Aubemare, « Madame Katherine de Vendôme » approuva l'acte en 1396; en 1386 « M^re^ Signart Croeset vendit à l'abbé Pierre de Péruse la terre du Porteau pour 100 francs d'or, avec réserve, sa vie durant, des dîmes et terrages des blés, vins, laines, aigneaux, et des offrandes de l'église de Chemillé. »

Appartenaient encore à l'abbaye: le fief Perlin, 1391, 1395; la métairie de Bouchet, 1413; le moulin Infernal, que le seigneur de la Mercyère voulut contester en 1354; le lieu du Chaillou, 1459, etc.

Vinrent y rendre aveu le seigneur du Fresne en 1345 et 1352, le prévôt de Chemillé en 1454.

La chapelle de Saint-Laurent qui se voit encore dans le cimetière de Villedieu, fut fondée au plus tard en 1448. « Lectre de l'augmentation faicte par messire André Charretier, de la chapelle Saint-Laurent fondée au cymetière de Villedieu, l'an MCCCCXLVIII, et doibt par chacun an XX sols à M. l'abbé. — Collatio capelle Sancti-Laurentii apud Villam-Dei. Datum MCCCCLVI. » (Ibid., f. XLIII à XLVIII, *passim*.)

prior de Villa-Marzini ; ex parte nostra : Paganus Cornutus miles ; de familia : Paganus de Heremitis, Garnerius prefectus de Danzeio, Renaudus prefectus de Pisoto, Drogo de Danzeio ; ex parte ipsius militis : Rancolinus Frodonis filius, Guillelmus de Coldrecello, et ex utraque parte plures alii. Actum est hoc anno ab incarnatione MCLI.

Source. Mss. 273 de Vendôme, f. VII^{XX}XII, A.

DXXXI.

DE TERRA APUD VILLAM LOBEIAM.

1146-1152.

Hugues le Blanc avait donné une terre à Villelobe (Libois ?) ; *son héritier, Mainard du Boucher et sa femme Orgueilleuse, sœur de Renaud de Geneste, après de nombreuses difficultés, confirmèrent cette donation.*

Notum sit, omnibus tam presentibus quam futuris, quod monachi Sancte-Trinitatis de Vindocino habent quamdam terram apud villam quæ dicitur Lobeia, quam dedit Hugo Blancus Deo et monachis Vindocinensibus in elemosinam. Longo autem tempore post, Mainardus de Buscherio eandem terram calumpniari cepit, qui Mainardus sororem Rainaldi de Genesta uxorem habebat, qui, sicut asserebat, eandem terram non concesserat. Hic autem Rainaldus de progenie prefati Hugonis Blanci erat, qui jam dictam terram in pace concesserat. Tamdiu itaque monitu et consilio Bartholomei de Boschet, venientes in capitulum Sancte-Trinitatis, ipse Mainardus et Rainaldus concesserunt

eamdem terram monachis, tali pacto ut monachi quemdam fratrem Rainaldi, Haimericus nomine, monachum facerent. Hoc ergo concessit soror Rainaldi, prefati Mainardi uxor, Orguellosa nomine, eodem pacto, apud Castrum-Rainaldi, in claustro monachorum. Quod viderunt et audierunt isti : Urricus tunc temporis prior de Villa-Gumberge, Borrellus prepositus, Mainardus de Longa-Ulmo ; ex altera parte : Maleductus, Bovo, Berengerius pellipa-rius.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLVII, nº 828.

DXXXII.

JULIANA DE PEREIO ET PETRUS FILIUS EJUS DIMISERUNT CALUMPNIAM TERRE NOSTRE DE VILLA LOBE IN PACE ET QUIETE.

Vers 1150-1152.

Julienne de Prai, effrayée de la mort subite de Guiberge, nous reconnaît, du consentement de son fils Pierre, la juste possession de la terre de Villelobe (Libois ?).

Quoniam, culpa primi parentis exigente, humanam animam oblivionis et ignorantie tenebras sic incurrisse dis-noscitur, ut qui nunc audit et videt, continuo obliviscatur, que nostris temporibus a nobis gesta sunt subsequentium memorie commendare dignum judicavimus. Sciant igitur omnes quod inter monachos Vindocinenses et Julianam de Pereio et Petrum filium ejus, quædam controversia pro dicta terra quæ est apud Villam Lobe, cujus terre quamdam partem Juliana quam injuste calumpniabatur, diu est abita (*sic*). Pro hac autem calumpnia, cum tota familia

sua, per longum tempus excommunicationi subjacuit. Sed tandem calumpniam se injuste fecisse, et terram calumpniatam prius, juris monachorum Vindocinensium esse in hunc modum recognovit. Contigit autem, Dei disponente providentia, quedam puella, Guiburgis nomine, predicte Juliane filia, morte subitanea preoccuparetur. Cujus mortem Juliana, non mediocriter admirans, illam esse mortuam potius ultione divina quam infirmitate corporea omnino credidit, atque gemens et flebilis, cum Petro filio suo et pluribus secum comitantibus, in capitulum Sancte-Trinitatis de Vindocino venit, ibique coram conventu calumpniam predicte terre dimisit, et ne deinceps in predicta terra calumpnie vel reclamationis nasceretur discensio, cum quodam cultello super altare dominicum posito, predictam terram in perpetuum possidendam Deo et monachis Vindocinensibus concessit. Quod viderunt isti : de monachis : Hugo prior, Guillelmus subprior, Hugo tercius prior, Ramnulfus cantor, Frodo hostiarius, Osmundus cellararius, Guismundus armarius, Fulcherius tesaurarius, Gotfridus elemosinarius, Petrus, Adelardus, Mauricius, Garinus, Martinus, Mainardus, Stephanus, Haimo et totum capitulum ; de clericis : Johannes archidiaconus Vindocinensis, Odo decanus Vidocinensis, Hilgotus presbiter, Guillelmus Grignon, Ernulfus de Pereio, Rainaldus magister, Goffridus filius Ade, Injobaudus Augis, Maulguinus Bonus homo ; de militibus : Vulgrinus, Guillelmus de Posterna, Paganus Cornutus, Burchardus de Malavoa, Burellus de Cappa, Bucellus de Nuiliaco, Buordus ; de famulis : Joscelinus hospitalis, Lambertus Basogerius, Petrus Clava, Perdriellus, Galterius, Brito, Guibaudus pistor, Hubertus, Locelmus Darbre, Piscis Mumierius, David, Ivellus posterius, Ernaudus, Odo polardus, Eschivardus, Rogerius, Bigotus, Garinus, Baronus, Petrus,

Vitalis de Sartrino, Rusellus Male Calciatus, Ernaudus, Andreas, Rainaudus heremita, Milosius, Gifardus, Bucherius et alii multi. Isti concesserunt apud Pereium : Petrus, Juliana mater ejus, Lucia uxor Petri, Haoldis. Quod viderunt et audierunt isti : Ernulfus, Guillelmus clericus, Ebroinus prepositus, Rainaldus, Ogerius fulnerius, Semberga, Guiburgis, Bernardus de Noa, Hilgotus presbiter, Joscelinus, Lambertus, Ivellus, Guimundus.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXIX *v°*, n° 851.

DXXXIII.

DE TERRA DE BUSLOT.

1146-1152.

Gautier Papillon avait donné une terre à Busloup, mais à cause de la communauté il était impossible de la faire cultiver. Pierre, son fils, du consentement de sa mère et de son frère, compléta cette donation.

Notum sit omnibus hominibus quod nos monachi Vindocinenses habebamus quamdam terram communem cum Petro Papilione, quam Galterius Papilio pater ipsius dederat nobis, in loco qui dicitur Buslot. Sed quia terra ipsa, ut prefatum est, communis erat, non poteramus eandem hospitibus ad hospitandum seu ad excolendum tradere, quoniam idem Petrus communiter nobiscum in omnibus participaret. Unde factum est ut terra ipsa diu inculta remaneret, cum nemo eam hospitare auderet eo quod graves consuetudines et exactiones predicti militis omnes formidarent. Tandem vero videns jam dictus Pe-

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S COLLEGE
LIBRARY

trus quod nichil eadem terra sibi valeret, nec nobis, adauxit dono patris sui, pro anima ipsius et sua parentumque suorum, deditque nobis de eadem terra sex modiatas large, sine parte sui ad excolendum, ad faciendum de ea quicquid vellemus, sicut de propria. Hoc concessit mater ejus Abbia et frater ejus Papilio clericus, qui habuit in presentia, pro concessione terre, XII denarios; pro concessione vero stanni quod in eodem loco factum fuerat a nobis, habuit II denarios. Hoc viderunt et audierunt isti : Fulcherius cellararius, Tebaldus prior Pisoti, Giraldus armarius, Hubertus prepositus Pisoti, Hildearius prepositus Petri Papilionis, Haimericus forestarius Rainaldi de Turre, Picotus miles, Hugo Rainerii, Salomon, Rainaldus Britel, et multi alii. Postea vero venit idem Petrus cum matre sua et fratre Papilione, et posuerunt donum hujus rei super altare Sancte-Trinitatis ; quod vidit chorus omnium fratrum psallentium ; de famulis, Hubertus prefectus Pisoti.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXII *v°*, n° 830.

DXXXIV.

DE DECIMA DE BUSLOUP.

1146-1152.

Un nommé Ulric reconnaît les droits de la Trinité sur une dîme à Busloup.

Quoniam multa et innumerabilia a memoria recedunt inerti oblivione, que a nobis gesta sunt, ne obliviscantur, litterarum apicibus studuimus commendare. Sciant igitur presentes et futuri quod quedam contentio inter monachos

Vindocinenses et Ulricum Galechisi, pro quadam decima, que est in parrochia que Buslou vocatur, diu invaluit, sed tandem gratia Dei in hunc modum finem habuit. Predictus autem Ulricus Galechisi sciens de malo opere se esse dampnaturum, de bono vero eterne vite premia consecuturum, cum filio suo Pagano et aliis pluribus, Vindocinum venit, et in manu domni Roberti abbatis contencionem de prefata decima dimisit, et ipsam decimam, annuente Pagano filio suo, Deo et monachis Vindocinensibus pro anime sue salute, in pace et quiete concessit. Hanc concessionem fecit Ulricus Galechisi in auditorio cellararii super aquam. Quod viderunt et audierunt isti, de monachis: domnus abbas Robertus, Fulcherius Viviani, Fulcherius cellararius, Guillelmus hospitalis, Paganus tercius prior; de militibus : Ulricus ipse, Petrus Torellus, Torellus filius ejus, Gripo ; de famulis : Lambertus de Hospicio, Goffridus Brito, Sirotus, Richardus Roillegoiz, Odo de Pisoto, Petrus de Troeia, Petrus Clava.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXVII *v°*, n° 845.

DXXXV.

DE BALNEOLIS.

1146-1152.

Bourreau de Conan réclamait le droit de commandise sur les hommes de Baignault à la fête de saint Solemne, et menaçait de s'en emparer de force à défaut de paiement. L'abbé Robert s'opposant à ces violences, il fut décidé qu'il la réclamerait dans ce cas au prévôt de Baignaux lui-même.

In die festivitatis sancti Solempnis reddunt homines de

Balneolis commendisiam Borello de Conem, unusquisque videlicet qui boves habet unum sextarium avene Blesensem, qui vero focum habet et boves non habet, unam minam Blesensem avene. Contigit enim quod Borellus de Conem affirmando diceret, ut si eandem commendisiam die sancti Sollempnis non haberet, predam de Balneolis caperet, de qua XL solidos Blesenses emendationis haberet. Quod audiens domnus abbas Robertus, defendit per duellum contra Borellum de Conem, hanc emendationem eum non habere Balneolis [1], in curia comitis Tebaudi. Quam curiam, pro comite Tebaudo, tenuit filius ejus Henricus et Petrus de Faut, et Joscelinus de Auneello, et Guibertus prepositus comitis. Cumque domnus abbas Robertus in curia cum suo atletha ad bellandum contra Borellum esset paratus, cum consilio ejusdem curie fecerunt pacem domnus abbas Robertus atque Borellus, in hunc modum, de bello illo et emendatione XL solidorum : si Borellus, commendisiam suprascriptam non habuerit, die sancti

1. Baignault fut en effet un prieuré important, placé sous le vocable de Saint-Pierre. Nous en connaissons le dernier prieur, Hugues Lalemant. Il était si vieux et infirme qu'il ne put venir « *neque pedester, neque equester* » sans danger de mort, assister le 21 novembre 1461, à l'élection d'un nouvel abbé. L'année suivante il se retira à Vendôme, et la maison près de la cuisine lui fut abandonnée jusqu'à sa mort. Son prieuré d'ailleurs venait d'être uni à l'office d'armoirier par une bulle pontificale. (Mss. 273 de Vendôme, f. LXX.)

A cause de leur fief de Baignaux, les religieux reçurent les déclarations de plusieurs hauts personnages : Jehan de Tibivillier, écuyer, seigneur de Beaulieu, 1519 ; Gabriel du Puy, sieur de Lespinay, 1646 ; François d'Argy, écuyer, sieur de la Borderie, 1647 ; Pierre Goislard, sieur de Villebresme, officier de M^me^ la Dauphine, 1690, 1696, et son gendre Thomas Guérineau, sieur des Chenardières, capitaine de la bourgeoisie de la ville de Châteaudun, époux de Jeanne Renée Goislard, 1707 ; Jean Guilloiseau, sieur de Villecleche, 1695 ; Michel Cagneux, aide de fruiterie de M^de^ la Dauphine, 1696.

Sollempnis, requiret eandem commendisiam per se aut per nuncium suum a preposito de Balneolis, quam idem prepositus reddet ei sine lege infra noctes ; quam si infra noctes non habuerit, quinque solidos emendationis habebit. Quod viderunt et audierunt isti : domnus abbas Robertus, Fulcherius cellararius, Bauduinus hospitalis, Fulcherius Viviani, Giraudus prior Credoni, Raherius de Vetere-Vico, Harduinus de Chantosma, Vulgrinus Goffridi Pagani, Guillelmus Ruillatus, Goffridus de Vallibus, Paganus Galachi et Orricus frater ejus, Hilgotus prepositus de Balneolis, Borellus de Villa-Gumberge, Mainardus de Longa-Ulmo, Barbotinus de Villa-Martini ; ex parte Borrelli de Conem : Herveus Teonius nepos Borelli de Conem, Petrus Torellus, Joscelinus de Sancto-Briccio.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXIII, n° 831.

DXXXVI.

PESOU. DECIMA DE PISOTO.

1146-1152.

Rainaud Cannaillard, chevalier de la suite de Rainaud de la Tour, nous revendiquait la dîme de Pesou, mais il reconnut bientôt toute son injustice.

Notum sit omnibus hominibus quod Rainaldus Cannaillardus, miles Rainaldi de Turre, calumpniabatur quamdam decimam nostram, ad ecclesiam de Pisoto pertinentem, in terra Rainaldi de Turre, ante ipsum castrum Insule sitam, dicebatque ad jus antecessorum suorum illam pertinuisse. Nos vero contra reclamantes, sicut qui per annos L aut eo

amplius tenueramus, asserebamus multis testimoniis juste nos illam possidere. Quod ille videns ecclesiasticumque judicium super hoc nobiscum subire metuens, saniori usus consilio, venit in capitulum nostrum, recognovitque se injuste illam fecisse calumpniam, faciens inde rectum in manu Fulcherii prioris, qui tenebat capitulum, et ponens legem suam in manu prioris, dimisit ibi calumpniam, deponens ipsam super altare cum baculo, etsi quid sui juris in supra dicta decima inesse potuisset. Hoc vidit et audivit totum capitulum, de famulis : Mainardus prefectus Longe-Ulmi, Paganus de Hospicio, Galterius quocus, Dano, Odo Polardus, aliique multi.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXIII *v°*, n° 832.

DXXXVII.

DE TERRA DE VILLA MARZINI.

1146-1152.

Maurice Rotundard donne une terre à Villemardy.

Notum sit presentibus et futuris quod Mauricius Rotundardus quamdam terram apud villam Marzini[1] habebat,

1. En 1470, les religieux acquirent 17 septiers de terre de Jehan Esnault, dit Brussay, seigneur de la Mouline, de Jacques d'Arquenay, seigneur du Breuil, et de Marguerite de Saint-Amand. Outre la métairie de Beauvoir ou de Villelamoy, ils possédèrent encore 18 boisselées de terre aux Cartes, relevant en 1634 de Mʳᵉ Jean d'Amilly, chevalier, seigneur de la Reynardière, le Theil, Préaux, la Gallazière, Alleray, gentilhomme ordinaire de la chambre du roi, capitaine de cent chevaux pour le service de Sa Majesté, seigneur de Fontenailles, et 4 muids à la Masne.

Voici quelques noms de prieurs :

Pierre Bouchetel, 1477, 1488; Michel de Marcillac, 1540;

quam monachis Vindocinensibus pro salute anime sue parentumque suorum in elemosina dare disposuit. Ad hoc agendum ipsi monachi Vindocinenses quemdam prolocutorem nomine Girelinum habuerunt; qui postquam vidit terram illam esse optimam et fructuosam, cupiditate accensus, et fraudulenter erga monachos se continens, medietatem illius terre a predicto Mauricio emit, alteram vero partem ipse Mauricius in elemosinam monachis Vindocinensibus concessit et dedit. Pro hac donacione concesserunt monachi eidem Mauricio, in loco beneficii, unum pauperem in elemosina habendum perpetualiter, et si heredes sui expetierint, ut pauper eis monstretur. Quod viderunt et audierunt isti, ex parte Mauricii: Gregorius diaconus, Vaslotus miles, Bernardus Scotus, Guido.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXVIII, nº 847.

DXXXVIII.

DE RUPE SANCTI-BEATI.

1150-1152.

Les deux fils de Turpin de Faye approuvent le don de leur oncle Symon de Faye d'une roche près Saint-Bienheuré.

Ne temporum diutina successione deleretur et a labili

Gaillard de Marcillac, prieur commendataire, 1547; Guillaume du Mayne, aumônier et précepteur du roi Henri, abbé de Beaulieu, 1564; Etienne Henry, tiers prieur de l'abbaye, 1567, loua 4 quartiers de pré à Jacques de Malherbe, écuyer; Pierre de Montoire, 1577; en 1579 René de Verdelay, écuyer, sieur de Coullonges, bailly du duché de Vendomois, rendait une sentence en sa faveur contre Charles de Maillé, chevalier, sieur de Villeromain.

Le prieuré de Saint-Martin de Villemardy valait 600 livres.

hominum memoria subverteretur, noticie posterorum scribendo propalare hoc utile judicavimus. Notum igitur sit omnibus tam futuris quam presentibus quoniam duo juvenes, filii Turpini de Faia, quorum alter clericus, Pochun nomine, alter vero laicus qui nicholominus Crivium (?) cognominabatur, inspirante divina gratia, Deo et Vindocinensi monasterio medietatem cujusdam rupis, que eis in patrimonium cesserat, in elemosinam jure perpetuo possidendam concesserunt. Cujus alteram medietatem Symon de Faia, eorum patruus, antea ob anime sue redempcionem, et ut monacus noster fieret, quod utique factum est, concesserat. Hanc itaque donacionem, ne contentionis sive calumpnie molestia et doli pravitate imposterum quassaretur, in capitulo Vindocinensi predicti juvenes ipsi et eorum amici venientes, in manu domni Roberti abbatis, cunctis assistentibus monachis, fecerunt. Quod audierunt et viderunt isti; ex parte nostra : domnus abbas, Hugo prior, Guillelmus subprior, Guillelmus paganus, Fulcherius cellararius et ceteri; de famulis : Luhellus, Vitalis, Bartholomeus; ex eorum parte : Milo carnifex, Philippus filius ejus, Bartholomeus de Faia. Hoc utique donum Symon Baljenciaci dominus concessit, de cujus feodo rupes erat, Aurelianis in monasterio Sancte-Crucis, videntibus et audientibus istis : Roberto abbate, Hylario sacrista, Symone elemosinario, Hugone de Alona, Odone priore hospitali, ipso Symone de Baljenciaco, Godefredus Rufus, Garnerius Rufus, Radulfus de Montefoleti, Rainaldus Borrellier, Radulfus de Columbariis, Fraserius et multis aliis.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. iiLXVIII *v*°, n° 849.

DXXXIX.

DE RUPE SANCTI-BEATI.

1150-1152.

Henri Brunel donne à la Trinité une roche contiguë à celle de Saint-Bienheuré ; les religieux lui payeront 8 deniers de cens pour la terre située au pied du rocher.

Sciant presentes et futuri quod Henricus Brunellus dedit Deo et monachis Vindocinensibus quamdam rupem in rure sancti Beati [1], hec autem rupes rupi monachorum continuatur in latitudine usque ad oscham que est sursum in eadem rupe, et usque ad hospitagium quod est ex altera parte osche, in latere montis, quantum proximius poterit extendi, tantummodo hospitagio remanente integro, dilatatus, in longitudine vero inferius, sicut cum linea juxta hortum poterit rectius mensurari, usque in viam extenditur. Hanc vero rupem, sicut jam diximus, Henricus Brunellus sine ulla retentione monachis donavit. De terra autem que subtus est, per unum quemque annum duos denarios census cum sex aliis, quos ei monachi annuatim reddunt, habebit. Hoc donum fecit Henricus Brunellus in manu Roberti abbatis in auditorio cellararii super aquam. Quod viderunt et audierunt isti ; de monachis : domnus abbas

1. Au XVII[e] siècle, l'abbaye percevait quelques sols de rentes sur différentes maisons dans la rue Saint-Bienheuré, sur l'auberge de Quatre-Vents, et la maison où pendoit pour enseigne saint Christophe, sur les maisons des sieurs de la Bergerie, de la Chesnaye, de la d[lle] du Boulay, de Jean Baglan, curé de Saint-Bienheuré, 1670, etc.

Robertus, Fulcherius cellararius, Fulcherius Viviani, Guillelmus hospitalis, Guismundus armarius; de militibus: Vulgrinus frater archiepiscopi[1], Buccardus de Mala-Voa, Paganus de Haut, Paganus Cornutus; de burgensibus: Guido de Chavariaco, Milo carnifex, Burcaudus sellarius, Barellus de Cappa, Philippus Ysoardi, Philippus filius ejus, Haimo faber, Johannes Forgetus, Sancio Haimonis, Buccardus Garcifer. Hoc donum concesserunt omnes filii Henrici, in supradicto auditorio, Vulgrinus major natu, pro qua concessione ipse habuit v solidos, Henricus clericus XII denarios, Johannes XII denarios, Paganus Bassetus VI denarios, Raherius VI denarios. Similiter hoc concesserunt filii Pagani Cornuti, qui erant ex eorum genere : Goffredus Cornu qui habuit VI denarios, Matheus Cornu VI denarios. Qui viderunt et audierunt isti; de famulis: Burgotus, Sirotus, Goffredus Brito, Goffredus faber, Petrus de Troeia, Petrus Clava, Guibaudus, Juhellus, Haraldus et omnes alii predicti. Hoc iterum concessit Maria de Lavarzino[2], Johannes filius ejus, Philippus Ocellus, Raherius, Henricus. Quod viderunt et audierunt isti: Paganus de Haut, Turbaudus, Paganus Cornu; de famulis: Gofredus faber; de monachis: Guillelmus subprior, Petrus prior Ville-Dei, Vitalis.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcLXVI, no 840. — Baluze, 47, f. 265 *v*o.

1. Vulgrin était frère de Geoffroy de Preuilly, dit Jourdain, comte de Vendôme et d'Engeran, archevêque de Tours. — A. de Tr.

2. Marie, fille du comte Geoffroy-Jourdain et de Nifrane de Vendôme, fut la 3e femme de Gaimard, seigneur de Lavardin. — A. de Tr.

DXL.

DONATIO RUPIS SANCTI-BEATI.

1152.

Henri Brunel, chevalier de Vendôme, pour le repos de l'âme de son fils aîné, tué accidentellement par une flèche et enterré à sa prière dans le monastère, nous donna douze deniers de cens qu'il s'était autrefois réservés en nous donnant une roche près l'église de Saint-Bienheuré.

Ut perversorum fraudulentiam et perfidorum versutiam vitare valeamus, cujusdam rei geste noticiam posterorum memorie commendare scribendo curavimus. Noverint igitur omnes quod quidam miles de Vindocino, Henricus Brunellus nomine, dedit et concessit monachis Vindocini quamdam rupem, quam habebat non longe a monasterio Sancti-Beati, nichil in ea retinens nisi XIII denarios de censu, pro hospitagiis que sunt juxta viam. Hac vero donatione facta, non post longi temporis spacium, contigit ut primogenitus filius Henrici, Vulgrinus nomine, miles probatus armis, cujusdam sagitte letali vulnere percussus, fatis urgentibus, universæ carnis viam ingrederetur. Quo facto, prefatus Henricus dilecti filii sui presenti spe frustratus, ne ejusdem anima filii spe, immo etiam re, privaretur eterni premii, de filii salute sollicitus, monachos humiliter et devote ut ejus filium supramemoratum, Dei amore et caritatis gratia sepelirent, requisivit, et ipse, ob ejusdem anime redemptionem, sueque et parentum suorum, supradictos XII denarios census quos monachi eidem annuatim reddebant, in elemosina in jure perpetuo possi-

dendam, donaret. Quod itaque factum est, et monachi corpus predicti Vulgrini terre reddiderunt, et Henricus jam dictos denarios census monachis concessit, et in capitulo cum filiis suis Johanne, Henrico et Raherio veniens, in manu Hugonis prioris donum illud fecit. Deinde ne ulterius illud donum posset quassari, ipse Henricus et tres filii ejus super altare dominicum, cum quodam baculo, diligentissime donationem memoratam posuerunt. Quod viderunt et audierunt isti; ex parte monachorum: Hugo prior, Guillelmus subprior, Maino cellararius, Fulcherius Viviani, Grimundus armarius, Guillelmus hospitalis et totus conventus; de famulis: Lambertus hospitalis, Martinus, Goffridus hostiarius, Garinus, Rogerius, Brito de Furnuli, Paganus Agnus, Johannes Forget, Stephanus Agnus, Pinellus de Pisoto, Goffredus Buccardi, Buordus, Richardus, Roillegoz, Hugotus, Ernaudus de Terre (ou Treer); ex parte Henrici: Henricus ipse, tres filii ejus, Johannes, Henricus, Raherius, Paganus Bassetus nepos Henrici, qui donum fecit et concessit, Rainaldus nutricius, Paganus Cornutus, Guillelmus, Herveus Hure, Harduinus Panis-Calidus, Goffredus, Odonius, Bocellus de Nuilliaco, Landricus filius ejus, Hugo Halope, Herbertus Trichun, et alii plures. Hoc idem concessit Martina, uxor Henrici, in domo sua. Quod viderunt et audierunt isti: Guimundus armarius, Goscelinus Vinerius, Hugo de Trembleio, Hugo armiger, Guiganus Brito, Sirotus, Odo Picardi, Osanna pedisseca. Anno ab incarnatione Domini MCLII. Actum est hoc apud Vindocinum, in capitulo Sancte-Trinitatis.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, fol. II^{c}LXIIII v^{o}, n° 837. — Decamps, 103, f. 159 v^{o}.

DXLI.

DONUM ROBERTI DE INSULA.

1152.

Robert de Lisle fait remise à la Trinité de 6 *deniers de cens.*

Omnibus notum sit quod Robertus de Insula dedit Deo et Vindocinensibus monachis VI denarios census, quos segrestarius ei annuatim reddebat, pro quadam vinea quæ erat ad Cappam. Hoc autem fecit pro anima Bartholomei, fratris Rainaldi patris sui, quem apud Insulam defunctum, Vindocinum allatum, monachi honorifice susceperunt et sepelierunt. Hoc donum concessit Rainaldus frater ipsius Roberti, et mater eorum Berta, et duo patrui eorum Hugo et Hamelinus. Actum in domo Goffredi Tromeri, anno ab incarnatione Domini MCLII.

Source. Baluze, 47, f. 262 *v°*, avec renvoi au fol. CCXLIIII du *Cartulaire*.

DXLII.

DE BALGENCIACO.

1154.

Manassès, évêque d'Orléans, reçoit de Simon, seigneur de Beaugency, sur le point de mourir, l'aveu qu'il avait injustement détenu des biens du prieuré du Saint-Sépulchre. Son frère Lancelin fait aussi la paix avec l'abbé Robert.

M. Dei gratia Aurelianensis episcopus R. venerabili

abbati Vindocinensi ..... contigit siquidem Symonem dominum Balgentiaci infirmasse, meque eum hujus rei gratia visitasse. Quem ego graviter pereclitari perpendens, sollicitudinem anime sue corporisque, modis omnibus vel in extremis, gerere diligenter monui. Ipse vero contritus gemens dixit quod monachis Vindocinensibus injuriam intulisset et maxime obedientiam Sancti-Sepulchri Balgenciaci in pluribus injuste diminuisset. Tunc humiliter penitens satisfecit, cognoscens medietatem reddituum de Broil juris esse Vindocinensium monachorum, elemosina predecessorum suorum, etc. Postea, ipso Simone vicem universe carnis ingresso, Lancelinus frater ejus qui sibi in honore successit, qui plurima dampna intulit, pacem cum abbate R. per manum meam apud Ussellum fecit..... Testes : ego Manasses episcopus, Robertus abbas Vindocinensis, Jacob prior Sancti-Sepulchri, Lancelinus dominus Balgentiaci, Bochardus de Meduano[1], Hugo de Alona. Johannes de Sancto-Laurentio. Actum anno MCLIV.

Sources. Mss. 5419 A, f. 7. — Mss. 13820, f. 291 v^o. — D. Villevieille, *Trésor généalogique*, art. Beaugency.

DXLIII.

1155.

Traduction française de la charte dont le n° précédent ne donne qu'un extrait.

Manassès, par la grâce de Dieu, évesque d'Orléans, au vénérable abbé Robert de Vendosme, et à tous ses succes-

1. *Magduno.*

seurs à jamais, salut. Tout ainsy que nous sçavons que le devoir de la dignité pontificale est de conserver et maintenir les choses justes en leur entier, et corriger les mauvaises, ainsy aussy nous tenons pour certain que le propre de l'autorité ecclésiastique est d'entretenir doresnavant fidèlement ce qui a esté corrigé et réformé par une louable institution. Comme il est advenu que Simon, seigneur de Baugency, est demouré malade, et que pour le subject de sa maladie je l'ay visité, ayant par moy recogneu qu'il estoit en grand danger, l'ay diligemment admonesté de songer au salut de son âme et de son corps, en toutes les façons qu'il pourra, comme estant réduit jusques à l'extrémité. Lequel vrayement ayant ressenti son cœur arrosé d'une grâce divine, estant contrit et repentant, a confessé qu'il avoit griefvement offensé Dieu en plusieurs manières, et souventefois affligé et tourmenté les serviteurs du Christ en ravissant et dissipant leurs biens, et entre autres, avec pleurs et gémissements, a dict qu'il a fait grand tort aux religieux de Vendosme, et à leurs biens, et principalement qu'il a beaucoup diminué et amoindry, sans aucun subject et à tort, l'obédience desdits religieux du Saint-Sépulchre de Baugency, d'où estant totalement imbu et inspiré divinement, et se repentant humblement, il a satisffait à Dieu, à labbaye de Vendosme et à ladicte obédience du Saint-Sépulchre, confessant et recognoissant que les religieux de Vendosme ont droict en la moitié de tout le revenu de Briou, de l'aumosne et bienffaicts de ses prédécesseurs, sçavoir est panage, forestage, cornage, cire, miel, et prez et pesches en Ime et Loire, toutefois et quantes qu'ilz voudront; et le bois à tous leurs usages, tant pour bastir que brusler, en la fidélité du servage dudict Briou; toutes lesquelles choses il m'a mis en main et rendu aux religieux pour en jouir doresnavant en paix et avec asseurance. Mais par après, ledict Simon estant entré au chemin que doit tenir toute la chair, c'est-à-dire estant allé de vie à tréspas, Lancelin, son frère et successeur en mesme honneur, impitoyablement a faict

grand tort et dommages aux religieux dudit Vendosme, et estant par moy adverty et admonesté de s'admender, n'en a tenu compte, et par le commandement de Eugène, de bonne mémoire, pape, a esté interdict par censure ecclésiastique. Or à la fin, poussé de crainte des tourments éternels et espris d'amour de la patrie céleste, a faict la paix et accord entre le vénérable abbé Robert de Vendosme et luy, en ma main, à Usselle, et l'abbé susdict a pardonné gracieusement et remis audict Lancelin toutes les injures et pertes qu'il avoit reçues dudict Lancelin, tant luy que l'Eglise de Saint-Sépulchre de Baugency. Et ledict Lancelin a rendu audict abbé tout ce que le sieur Simon, son frère, a recogneu estre du droit et le propre des religieux. D'avantage, ledict Lancelin a octroyé à Vendosme les foires Saint-Bienheuré, lesquels auparavant ledit Simon son frère, seigneur de Baugency, avoit donné en aulmone à l'abbé de Vendosme, et le servage d'icelles foires, comme le guet et la recepte des revenus, ne se réservant rien du tout en icelles, l'a charitablement donné à ladicte église, et en outre a fait totalement laisser par les enfans de Salomon et leurs héritiers, qui avoyent esté ses subjects et sergents autrefois à la recepte des revenus des marchez et foires, et pour ce disoyent que ledict servage estoit à eulx; il leur a fait amiablement donner et a promis garder fermement ceste paix stable et maintenir les biens desdicts religieux quittes de tout, et les ayans en tout et par tout selon son pouvoir. Et afin que cest accord soit ferme et stable doresnavant, je l'ay signé de ma main et scellé de mon sceau, en présence des tesmoins desquels les noms ensuivent, à sçavoir: moy Manassès, evesque, Hugues, archidiacre de Baugency, Zacharie, soubzdoyen, Garnaud, soubzchantre, Guillaulme Malherbe, Robert, abbé de Vendosme, Guymond, armairier, Lancelin, seigneur de Baugency, Bochard de Madon, Hugue de Alona, Jehan de Saint-Laurent, Raoul, clerc, fils de Salomon, et Denis le fris, son frère. Faict publiquement en la ville de Lisse, l'an d'après l'incarnation de notre seigneur mil cent

cinquante quatre[1], soubz le règne du roy Louys, l'an de son règne le seiziesme, et de nostre évesché le huitiesme, ayant ordonné et disposé en l'église de Sainte-Croix pour députez et plus grandes personnes, Simon, doyen, Girard, chantre, Zacharie, soubz doyen, Raoul .....

Source. Archives du Loiret, fonds du Saint-Sépulchre de Beaugency, copie en papier.

DXLIV.

DE PACTIONE CUM LANCELINO DE BALGENTIACO.

1153-1156.

Accord avec Lancelin de Beaugency pour une vigne et un pressoir.

Lancelinus de Balgenciaco dominus, anno MCLIII, Manasse tunc episcopo Aurelianensi, in pactione de vinea quadam, ibi et in alia ubi Lancelinus dominus Balgenciaci anno MCLVI restituit monachis ibi morantibus torcular. Nominantur hi domini Balgenciacenses scilicet Lancelinus senex, Radulfus ejus filius, Symon primogenitus filius Radulfi. Dicitur factum in claustro monachorum Balgenciaci.

Source. Mss. 13820, f. 292 *v°*.

1. D. Villevieille donne à la même date la note suivante : « 1154. Il se trouve que le prieur de Beaugency doibt par hommage au seigneur dudit lieu treize œufs bouillis et friz en huille, et treize pains de chacun maille, et deux pintes de vin, chacun an le jour de Pasques, dans le chateau, comme au fondateur. En 1524 il étoit donné acte de ce que dessus et 1526 ». (*Trésor généalogique,* art. Beaugency).

DXLV.

LITTERA HENRICI COMITIS DE DONATIONE ECCLESIE SANCTE CRUCIS DE GINGAMP.

1147-1156.

Le comte Henri donne à la Trinité l'église de Sainte-Croix de Guingamp.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen.

Ego Henricus comes, quoniam omne bonum cum in commune deducitur clarius elucessit, universis universalis ecclesie fidelibus cujusdam rei geste noticiam propalare utile et honestum judicavi. Noverint igitur omnes tam futuri quam presentes quod ego, Henricus comes, amore Dei et ob anime mee et parentum meorum redempcionem, precibus et monitis venerabilium dominorum et amicorum meorum Ingelbaudi Turonensis archiepiscopi, Guillelmi Trecorensis episcopi, et Joscii Briocensis episcopi, et baronum meorum communi consilio, donavi et concessi Deo et ecclesie Sancte-Trinitatis Vindocini in elemosinam, jure perpetuo possidendam, ecclesiam Sancte-Crucis de Gingamp, que sita est super fluvium Trevie, cum omnibus appendiciis suis, que a primordio sue fundacionis possedisse dinoscitur. Hoc autem donum feci in domo Conani archidiaconi apud Gingamp, in manu domni Roberti Vindocinensis abbatis, et per manum Briocensis episcopi et Conani archidiaconi, predictum abbatem et ecclesiam Vindocinensem investivi. Et ut hoc firmum et inconcussum in perpetuum perseveret, cartam istam componere compositamque auctoritatis mee sigillo et meorum episcoporum munire precepi. Quod viderunt et audierunt isti : Jocius

episcopus Sancti-Briocci, Robertus abbas Vindocinensis et duo monachi ipsius, Guillelmus prior Andegavensis Aquarie, et Guillelmus Paganus, hujus carte compositor, Conanus archidiaconus, Guillelmus Blesensis decanus, qui cum episcopo Briocenci ibi advenerat. De militibus : ego ipse Henricus et Matillis uxor mea, Johannes comes Vindocinensis, Goffridus prefectus Saisoniensis, Juhellus ejusdem castri signiferarius, Hugo Normanni filius, Eudo Gorhanni filius, Ginhampi castri senescallus, Salomon clericus archidiaconus, et multi alii tam clerici quam laici.

Sources. Archives départementales de Loir-et-Cher, original en parchemin avec trois incisions pour les trois sceaux perdus. — Mss. 13820, f. 338 *v°*.

DXLVI.

DE TORCULARI DE BALGENTIACO.

1156.

Bernard de Dangeau, à la mort de son frère Thibaud, noyé dans le Loir, reconnaît le droit des religieux d'avoir un pressoir à Beaugency, se réservant un cens de 12 deniers. Les moines s'engagent à célébrer chaque année l'anniversaire du défunt.

Quoniam totius humanitatis memoria labilis esse dignoscitur, necesse est ut rerum eventus per scriptum in posteros transmittamus. Unde posteritati succedentium litteris notificare curavimus monachos Vindocinenses, Balgenciaci consistentes, quoddam antiquitus torcular in predicto castro, tempore Lancelini senis, et Radulphi ejusdem filii, et Simonis primi filii Radulphi, habuisse,

quod Bernardus de Dangeolo calumniabatur, affirmans non licuisse eis habere in Balgenciaco torcular, absque ejus permissione, cum infra ejus fevum esse certissime dignoscitur. Unde coadunatis viribus suis, torcular monachorum in curia eorumdem positum violenter redegit in nihilum. Contigit autem, sequenti tempore, Tetbaldum predicti Bernardi fratrem, casu accidenti sinistro, in Ledi fluvio submersum fuisse, ob cujus animæ salutem prefatus Bernardus, divino admonitus consilio, monachis de Balgenciaco, Frodone tunc temporis ecclesiæ Sancti-Sepulchri priore hoc perquirente et impetrante, Domino auxiliante, sæpe dictum torcular pacifice et quiete in perpetuum possidere concessit, remota omni sui et suorum successorum calumnia. Ita ut monachi illud quodque voluerunt, sive in eorum curia, sive in vineis suis, ita ut quando voluerint, de loco ad locum poterunt amovere, et omnes quidquid voluerunt ad iddem causa pressorandi pacifice et sine alicujus heredum et posterorum suorum reclamatione et impedimento domini Bernardi, ac si proprium esset, undecumque confluant ducere, retinens sibi inde XII nummos census a monachis sibi annuatim pro torculari reddendos in festivitate sancti Firmini, ob firmissimæ donationis illius memoriam; monachi vero, pro anima dicti Tebaldi de Dangeolo, tria tricenaria missarum persolvere et annuatim ejus anniversarium celebrare diligenter promiserunt. Hanc donationem et concessionem viderunt ..... et presentes affuerunt : ipse Bernardus et Elizabeth uxor ejus, Robertus de Bello-Monte, Burgundius de Barrilleriis, Henricus frater ejus, Guillelmus de Bleesvilla, Girardus de Aloja, Guillelmus de Loisvilla, Gaufridus de Pelemvilla, Odogonaz, Fulchodius de Lolon, Guillelmus de Lesart, Britellus presbiter, in cujus domo hæc facta fuerunt. Hoc etiam concesserunt pueri eorum qui tunc

nati erant : Tebaldus, Jacquelina, Machildis[1], qui pro concessione habuerunt, Tebaldus XII denarios et Jaquelina et Machildis VI. Factum est hoc anno ab incarnatione Domini MCLVI. Postea vero evolutis aliquantis diebus, prædictus Bernardus Balgenciaco veniens, hoc donum in presentia domni Lancelini, Balgenciaci domini, concessit. Et ut hoc firmum et ratum inperpetuum haberetur, idem Lancelinus hanc donationem benegnissime concedens, suæ auctoritatis sigillo munire fecit. Sequenti denique die, sepedictus Bernardus in claustro monachorum Sancti-Sepulchri venit, et cum quodam libro, scilicet Sancti-Benedicti regula, donum supradictum super altare dominicum manu sua posuit. Hoc viderunt et audierunt; ex parte monachorum : Frodo prior[2], Lambertus cellerarius, Odo sacrista,

1. La femme et les enfants de Bernard de Dangeau ne figurent point dans le livre précieux de M. de Possesse, *Dangeau et ses seigneurs,* Chartres, 1878.

2. Nous avons quelques noms des prieurs de Beaugency dans les derniers siècles : Simon Ligier, 1493 ; Loys Butel, sieur de Chambon, 1600-1616 ; François Butel, 1673-1693, loua pour 27 livres et un plat de poissons composé d'un brochet et d'une carpe, la maison dite Port-Pichart, avec 2 boisselées de terre et 5 quartiers de vignes, à Saint-Laurent-des-Eaux ; Louis Lemoine, 1715-1745, afferma les étangs de Saint-Etienne et de Maracheux et le pré Chambon, à Saint-Laurent-des-Eaux, pour 300 livres ; ce prix était élevé à 500 livres et 12 fromages, en 1784 ; Louis-Henri Garnier, 1749-1772, cédait à bail la métairie des Petits-Rondis, même paroisse, pour 300 livres et 10 poulets, et le droit de pêche dans la rivière de l'Isme, indivis avec Son Altesse le duc d'Orléans, pour 280 livres, la métairie des Bordes, à Lailly, pour 335 livres ; Jean-Baptiste Deheu (?), 1774-1775, afferma 60 minées de terre à Vauguyon, paroisse de Lestiou, pour 20 livres ; Jean-Baptiste Baudin, 1784, loua la métairie de Riennay, pour 460 livres ; Joseph-Dominique Louis, chevalier, conseiller du roi, clerc en sa cour de parlement, prieur-commendataire, 1788, 1789.

Le prieuré possédait encore la métairie des Vernoux, près Beaugency, des terres à Jones, etc.

Parmi les sacristains nous trouvons Jehan Godart, 1524 ; Mau-

Adam elemosinarius, alter Odo monachus, Durandus, Gofridus de Vervo, Martinus, domnus Lancelinus Balgenciacensis, domnus Gofridus de Cahorciis, dapifer ejus, Hugo de Alona, Simon præpositus, Vaslerius, Hubertus de Sancto-Sepulchro, Johannes de Sancto-Laurentio, Hugo Malus Clericus, famulus monachorum; ex parte Bernardi : Arraldus Malaterra, Guarerius filius Guanonis, Guillelmus frater ejus, Guillelmus filius Richerii, Radulfus Malaterra, Petrus Malaterra, Gollenus Malaterra et plures alii.

Source. Archives du Loiret, avec cette note à la fin de la copie: « Et super carta torcularis de Balgenciaco. Donatio torcularis seu restitutio ejus monachis de Balgenciaco facta, signum B. » — Mss. 5419 A, f. 6.

DXLVII.

1156.

Girard d'Alluyes ratifie la concession faite l'an 1156 *par Bernard de Dangeau, aux religieux de l'abbaye de Vendôme, demeurant à Beaugency, de la liberté de construire un pressoir où bon leur sembleroit.*

Source. D. Villevieille, *Trésor généalogique*[1].

rice Hubert, qui afferma tout le revenu de la secretainerie, sauf la vigne dite Coppe-Gorge et le revenu du dedans de l'église pour 120 livres, 1529; Jacques Mereau, 1530; Simon Ligier, 1539; Denis Gaillard, religieux de Saint-Lomer, 1627; Jacques Jacquelin, 1649; Jean-Pierre Dabadye, 1655-1660; Jean Coutel, 1687-1706; Jean Cosclaussy, 1715; Nicolas Doury, 1720.

Dans les pouillés, le revenu du prieuré de Beaugency est évalué à 3,000 livres, et la segretainerie ou sacristie à 200 livres.

1. D'après le même auteur, Lancelin de Beaugency aurait aussi donné une charte de confirmation.

DXLVIII.

DE QUERELA LANCELINI DE BALGENTIACO.

1156.

Lancelin de Beaugency et plusieurs autres se désistent de leurs réclamations contre la Trinité.

Posterorum noticie..... Lancelinus de Balgenciacho et Raginaldus Borellerius et Hainricus filius ejus, et omnes fratres ejus, cum omni parentela ejus, Vindocinensi monasterio quidquid clamabant quitaverunt. Ex parte nostri: Robertus abbas, Frodo prior de Balgenciaco, ... ex parte Raginaldi Borrellerii: dominus Lancelinus, Buccardus de Mauduno, Hugo de Alona, Petrus filius Marie, ... Matheus de Porta, Robertus de Gaudo, Herveus cancellarius domini Lancelini, anno MCLVI.

Source. Mss. 5419 A, f. 5. — Gaignières indique les linéaments d'un sceau équestre portant un chevalier galopant à droite; casque en tête, l'épée haute à la main droite, l'écu à la gauche.

DXLIX.

DECRETUM DOMNI ROBERTI ABBATIS VINDOCINENSIS PRO BIBLIOTHECA.

Lundi 27 mai 1157 (1156).

L'abbé Robert impose à chaque prieuré une taxe proportionnée pour l'entretien et l'augmentation de la bibliothèque.

Quoniam humanus animus in diversa distrahitur, pre-

teritorum obliviscens, presencium eciam plerumque non recordatur ; ideo necessarium atque opportunum duximus successorum nostrorum memorie litteris commendare quod a domno Roberto abbate statutum est atque decretum, pari concensu cunctorum fratrum tunc in capitulo Vindocinensi consistentium. In hoc Vindocinensi cenobio hactenus fuit consuetudo, quod, quando aliquem librorum ligari opportebat, cellerarius et camerarius expensas tribuebant ; sed quia[1] inter eos contentio oriebatur, quantum quisque prebere deberet, librorum ordo negligebatur, nec novi fiebant, nec, ut decebat, veteres corrigebantur. Unde, auctoritate Dei et sua, domnus abbas Robertus precepit atque constituit ut omnes priores obedienciarum ad jus Vindocinensis ecclesie pertinencium, excepta cella Andegavensi et Credonensi, annuum censum armario prebeant. Quid vero de unaquaque domo habere debeat, ne de hoc quod volumus iterum contentio fiat, presentibus et futuris litteris breviter intimare aggredimur. De Sancto-Georgio v solidos, de Sancto-Nicolao II solidos, de Sancto-Aniano IIII solidos, de Podio Rebelli III solidos, de Surgeriis III solidos, de Avallia XII denarios, de Olona II solidos, de Lateio XII denarios, de Sancto-Saturnino II solidos, de Meduanillo II solidos, de Chiviriaco II solidos, de Broc XII denarios, de Castello III solidos, de Porcellis XII denarios, de Villeriis XII denarios, de Sancto-Ypolito XII denarios, de Gastinello XII denarios, de Villadei V solidos, de Cormano XII denarios, de Savineio II solidos, de Villa-Odonis XII denarios, de Balgenciaco III solidos, de Audreio II solidos, de Carcere II solidos, de Columbariis I sextarium frumenti, de Balneolis I sextarium frumenti, de Buxello I sextarium frumenti, de Capella Anscherii

1. *Quoniam.*

I sextarium frumenti, de Pisoto I sextarium frumenti, de Danzeio I sextarium frumenti, de Cortozeio I sextarium frumenti, de Hulseto I sextarium frumenti, de Pruneto I sextarium frumenti, de Villa-Gumbergia I sextarium frumenti, de Longa-Hulmo I sextarium frumenti, de Villa-Marzini I sextarium frumenti, de Monte-Odonis I sextarium frumenti, de Buslo I sextarium siliginis. Actum est hoc atque sancitum, in capitulo Vindocinensi, feria II, VI kalendas junii, post festivitatem sanctissime Trinitatis. Scriptum per manum Guillelmi Sanctonensis tunc temporis armarii, anno ab incarnatione Domini MCLVI[2].

Sources. Mss. de la Bibliothèque de Vendôme n° 100, f. 32 et n° 161, f. 130. — D. Mabillon, VI, col. 726, « Ex archivo Vindocinensi ». — D. Martène, *Thesaurus novus*, t. I, col. 445. — Mss. 13820, f. 309. — Mss. 12700, f. 279.

DL.

DONUM HILGODI DE CARESMO.

1144-1159.

Hilgot de Caresme donne à la Trinité une terre près des murs de l'abbaye, lui permet d'acquérir dans son fief, et renonce à toutes ses revendications.

Hac universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris inscriptione notificamus quod Hilgotus de Caresmo

1. Cette date est fautive; le 6 des calendes de juin tombe le 27 mai; mais en 1156 le lundi après la Sainte-Trinité arrivait le 11 juin. Dom Martène a lu le lundi avant, *præ*, la Saint-Trinité, qui, correspondant au 4 juin, n'enlève pas la difficulté. Nous croyons qu'il faut lire MCLVII, car en cette année le lundi après

ecclesie sancte et individue Trinitatis de Vindocino terram que continuatur muris occupat..... loci illius in elemosina in perpetuum donavit, domos autem removere et plateas predicte terre liberare fecit, et fabricas que ibi erant eruere.

De illa siquidem terra, tanquam de sua propria, monachis Vindocinensibus pro voluntate sua vendere sive tenere quicquid vellent absolute concessit. Simul etiam noveritis quod predictus vir Hilgotus eorumdem monachorum coquine ac infirmarie igni quoadusque decem anni transacti sunt, pro salute anime sue, de bosco motoso (*sic*) omne lignum mortuum et brancas prebuit. Helias Boel, Paganus de Fractavalle et Salomon filius ejus, Guillelmus de Benasta, Guillelmus Roile, Galembrunus de Merleia, viderunt hoc et audierunt. Preterea quoque plateas domorum et census quos Aufredus pariparius monasterio Vindocinensi in elemosina contulit, et pratum Goffridi sutoris, omnia illa que calumniabatur, quieta in pace clamavit. Donumque horum omnium super altare dominicale cum cultello Boscelli de Mileia, Hilgotus ipse et uxor ejus Dionisia, et tres filii eorum Garnaudus, Hilgotus et Henricus, propriis manibus posuerunt. Hoc concesserunt atque defendere promiserunt Garnaudus canonicus, Hilgotus Boscelli, Burchardus Boscelli, Tetbaldus de Grevia, Richeldis Vindocini comitissa, Maria mater ejus et omne genus. Ut autem ratum semper haberetur super textum sancti evangelii, in presentia domni Roberti abbatis totiusque conventus

la Sainte-Trinité tombait exactement le 27 mai ou 6 des calendes de juin.

L'Histoire littéraire de la France, IX, p. 140, signale ce règlement de l'abbé Robert et le compare avec plusieurs autres de la même nature, celui de Saint-Père de Chartres, 1145 (Cartulaire de Saint-Père, p. 393), de Fleury, 1146, de Corbie, peu après 1155, de Saint-Victor de Marseille, 1198.

Sancte-Trinitatis de Vindocino, Hilgotus ipse juramento confirmavit, quod juramentum uxor ejus Dionisia de se ipsa similiter promisit. Huic rei presentes affuerunt de clericis: Odo decanus, Hilgotus presbiter, Vitalis capellanus, Robinus Carnotensis, Ingelbaldus; de laicis: Helias Boel, Paganus Cornutus, Gaufridus(?) Roile, Guillelmus Turpini, Guillelmus de Solemis, Burchardus Capp....., Ingelbaldus Niger, Boscellus de Nulleia, Milo carnifex, Bartholomeus de Hospitio, Burgaudus sellarius, Boscellus pelliparius, Johannes Hersie, Haimo faber, Johannes Forget, Joscelinus Burgesie, Landricus Bocelli, Bussumragot, Hugo Calvini, Nicholaus de Vesperis, Milosius Fuort; de famulis: Dano, Radulfus carrarius, Galterius pistor, Ragot, Johannes de Villa-Dei, Maingotus Guibaut, Mauricius coquus, Goffredus marescallus, Vitalis de Sartrino, Lucas, Rogerius de Deserto, Eschivardus, Martinus nepos Mauricii, Bartholomeus de Posterna, Guillelmus Polcet, Andreas de Pinellis, Guillelmus de Sapalleio.

Source. Mss. Phillipps, 17712, f. 2 ou IIcIIIIxxV, n° 829 du *Cartulaire*.

DLI.

DE FRODONE MONACHO EFFECTO.

1144-1159.

Frodon de Vendôme, gravement malade, se fit recevoir moine, et donna 4 sous 8 deniers de cens.

Notum fieri volumus omnibus tam presentibus quam futuris fidelibus quod Frodo Vindocini incola, miles prepo-

tens et perdives, gravi morbo correptus, monachalem habitum ad succurrendum induit, pro eterna anime sue salute consequenda, Deo et monachis Vindocinensibus unum arpennum terre et IIII^{or} solidos et VIII denarios de censu dedit. Hoc donum observare in pace et defendere perpetuo III^{es} filii ejus Goffridus, Renelinus, Barardus obnixe promiserunt atque concesserunt in capitulo Sancte-Trinitatis de Vindocino, in presentia domni Roberti abbatis[1] totiusque conventus Vindocinensis. Huic rei presentes affuerunt : Dano, Galterius de Hospitio, Odo Polart, Guibaut, Vitalis de Sartrino, Lucas, Rogerius Eschivardus.

Sources. Mss. Phillipps, n° 17712, f. 2 *v°* ou II^{c}IIII^{xx}V *v°*, n° 830 du *Cartulaire*. En marge on lit : « Vide supra fol. IIII^{xx}XIX *v°*, ch. CCXLI et fol. II^{c}XLVIII *v°*. » — Ibid., mss. 25058, f. 90 : « à la fin du *Cartulaire*. »

DLII.

DE TERRA VILLÆ-MARTINI.

1144-1159.

Gui Turpin avait donné une terre à la Trinité, ses fils Salomon et Herbert reconnaissent le mal fondé de leurs revendications.

Notum sit omnibus et universis universalis ecclesiæ et maxime successoribus nostris quod Guido Turpini, homo generosa ex progenie ortus[2], in terra Villæ-Martini,

1. « Obiit Robertus abbas Vindocinenis III idus januarii anno circiter MCLX. » (Mss. 12709, f. 251.

2. Gui Turpin était en effet un chevalier d'une noble origine. Il est facile, grâce aux chartes de notre Cartulaire, d'établir sa filiation.

Son ancêtre le plus reculé, fut Otradus ou Otredus seigneur d'Ar-

pro animæ suæ redemptione et antecessorum suorum, ecclesiæ Sanctæ-Trinitatis de Vindocino quamdam decimam dedit..... Succedente longo tempore post, Salomon atque Herbertus filii et heredes Guidonis Turpini, insurrexerunt, et eamdem decimam calumniati sunt monachis, et quamdam equam pro calumnia abstulerunt. Ad ultimum, divina gratia inspirante, ambo præfati fratres, Guidonis Turpini heredes, in servos Dei Vindocinensis monasterii habitatores se injuste egisse recognoverunt....., donumque eleemosinæ patris sui absolute concesserunt. Hoc tenere et conservare atque defendere semper, in praesentia domni abbatis Roberti omnisque conventus Vindo-

tins, fidèle de Bouchard II le Chauve, comte de Vendôme ; il faisait guet et garde dans la forteresse de cette ville pendant le mois de septembre (ch. 2). Il eut trois fils : Salomon (ch. 2, 85, 151 et 217, et Cart. Vendomois de MM., ch. 25 et 32). Vivien (ch. 85 et 161), et Hubert (ch. 85).

Salomon avait sa demeure dans l'enceinte du château près la porte (ch. 2), aussi fut-il appelé le portier « portarius » (ch. 94 et 152, et Cart. Vend., ch. 82) : il fut peut-être aussi forestier (ch. 7). Il vendit à la comtesse Agnès un jardin pour l'abbaye de la Trinité (ch. 85), vente qui souleva plus tard les protestations de son frère Vivien (ch. 151). Il eut plusieurs enfants :

1° Salomon « Salomon filius Salomonis portarii » (ch. 94, 152 et Cart. Vend., ch. 82), qui fut viguier « vicarius » (ch. 185, 268, 295, et Cartul. Vend., ch. 20, 104 et 122).

2° Hugues le Chauve (ch. 152, 268, 295, 329).

3° Fromond dit Turpin (ch. 322, 327, 425, 426). On l'appelle aussi simplement Turpin (ch. 390) ; et ce fut lui sans doute qui donna son nom à la Roche-Turpin, commune d'Artins, l'une des seigneuries les plus considérables du val du Bas-Vendomois.

4° Guillaume Turpin (ch. 327 et 446).

5° Albéric (ch. 327 et 426).

6° Bouchard (ch. 390).

7° Et Gui Turpin qui fut croisé, et dont il est ici question (ch. 327, 390, 425, 426, 552) ; il eut deux fils Salomon et Herbert (ch. 552), et un neveu nommé Guillaume (ch. 446, note).

En 1249, un de leurs descendants, Gui Turpin, chevalier, donnait à l'Hôtel-Dieu de Vendôme trois setiers de blé sur sa dîme de Saint-Amand. Jean, comte de Vendôme, confirma cet acte et donna lui-même 25 sous de rente sur le minage, avec la propriété

cinensis, per fidem adfiduciaverunt..... Testes: Bartholomeus de Vindocino, Guido de Spino et multi alii.

Source. Baluze, 47, f. 250, comme extrait du fol. 213 du *Cartulaire*.

DLIII.

DE ROBERTO CLERICO MONACHO.

1144-1159.

Robert, prêtre chapelain de Saint-Jacques, reçu comme moine, donne à sa sœur et à sa nièce une vigne qui, à leur mort, sera la propriété de l'abbaye.

Notum sit presentibus et futuris quod quidam clericus, Robertus nomine, sacerdos ordine, capellanus Sancti-Jacobi de Vindocino[1], ad monachalem vitam venire

du canal qui va du pont Rondin à celui de la Chévrerie. (Arch. départ. de Loir-et-Cher.)

Plus tard, la seigneurie de la Roche-Turpin passa aux mains des de Courtamblay, des d'Angennes, des de Chambray, qui la vendirent, en 1525, pour 6500 livres et 120 écus de pot-de-vin, à Pierre de la Curée; elle fut achetée en 1633 par François le Coigneux.

Ajoutons ici deux notes que nous devons à l'obligeance de M. Aug. de Trémault :

« En 1283, le comte Jean de Vendôme fit un compromis avec Guillaume Turpin, au sujet de la justice de la Roche-Turpin, qui était l'objet d'une contestation entre eux. (Extrait d'un procès-verbal de remise des titres du duché de Vendôme à la Chambre des Comptes de Paris.)

« En 1445, le comte Louis de Bourbon transigea aussi avec Jean de Chambré, seigneur de Poncé et de la Roche-Turpin, et lui reconnut le droit de haute, moyenne et basse justice à la Roche-Turpin, pour lui et ses descendants portant ses armes, sous la réserve que si ce fief passait à d'autres mains, il n'aurait plus droit que de moyenne et basse justice. (Ibidem.) »

1. Ce chapelain de Saint-Jacques de Vendôme fait remonter

cupiens, domnum Robertum Vindocinensem abbatem suppliciter exoravit, quatinus eum, pro Dei amore, habitu monachili indueret. Cujus precibus domnus abbas Robertus libenter annuens, eum monachum fecit. Ipse vero Robertus, antequam monachus fieret, quamdam vineam quam sibi adquisierat, cuidam sorori sue et cuidam nepoti sue, predicte sororis filie, quamdiu viverent concessit. Fuit enim in concessione illa talis condicio, quod quæcumque illarum primitus moreretur, medietas vinee in dominio monachorum esset, et post mortem utriusque, matris scilicet et filie, tota vinea absque alicujus reclamatione monachis remaneret. Si vero predicte mulieres, aliqua necessitate oppresse, non tantum medietatem vinee excolere non valerent, monachi alteram partem excolent et in tempore fructuum quisque secundum opus et expensam accipient. Quod si jam sepedicte mulieres ad excolendam vineam nichil omnino mittere possunt, monachi totum mittent et totum accipient, eritque tunc in voluntate monachorum si ex fructu vinee mulieribus predictis largitum fuerit aliquod beneficium. Iterumque concessit Robertus quod quatuor dolia que habebat[1]....

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXX *v°*, n° 853.

d'une manière indubitable la fondation de l'hospice de Vendôme avant l'année 1152. Cette chapelle fut annexée à l'Hôtel-Dieu par Raignaud de Mouçon, 1183-1217 : « Annexe fait à la Maison-Dieu de Vendôme par Reginald, évêque de Chartres, de la chapelle de Saint-Jacques de ladite ville, à cause de la piété que les habitans avoient faict paroistre dans l'incendie général de la ville, sur la démission du titulaire. » La cérémonie qui fut célébrée à l'Hôtel-Dieu de Vendôme en 1203, le fut peut-être à cette occasion, mais rien ne fait présumer que ce fut une véritable consécration, comme le pense M. de Pétigny. Hist. du Vendomois, p. 515, n. éd., car la chapelle existait déjà depuis longtemps.

1. Cette charte n'est pas finie. — Le feuillet suivant IIc LXXI est d'une autre écriture, cependant les nos se suivent.

DLIV.

DE HUBERTO MONACHO SANCTI-ALBINI.

1144-1159.

R., abbé de Saint-Aubin, recommande un de ses religieux à Robert, abbé de Vendôme.

R. Dei gratia Sancti-Albini abbas, R. venerabili abbati et toti capitulo Vindocinensi, salutem et dilectionem. Religiosorum est religiosos libenter exaudire et eorum vota complere. Nec minus religiosum fratri deprecanti condescendere et ejus voluntati in eis precipue que a domino non discrepant obsecundare. Unde petitionibus fratris nostri Huberti, quas erga nos vobis pro eo intercedentibus facit de liberatione et absolutione sua, libenter adquiescimus et liberum et absolutum eum vobis dimittimus et concedimus, quam plures etiam Deo grates reddimus qui animum illius inspiravit ut cohabitatio vestra illi placeret et stabilitatem suam in tam religioso loco confirmaret. Nos vero salutem illius desiderantes, tale ejus desiderium collaudamus ipsumque benigne hortamus ut in bono suo proposito a nobis liber et absolutus juxta petitionem suam vobis amodo obediens et professus perseveret.

Source. Mss. Phillipps, n° 2971, f. II^{c}LX, n° 823.

DLX.

PRÆPOSITURA DE VILLA-DEI.

Vers 1145, avant 1159.

Gautier, prévôt de Villedieu, était homme de corps de l'abbaye. L'abbé Geoffroy lui avait confié le gouvernement de la Prévôté; Fromond la lui continua. L'abbé Hubert remit le même office à son fils Guillaume, qui n'imita point la fidélité de son père et prétendit se marier sans l'autorisation de l'abbé, etc., destitué plusieurs fois et rétabli à cause de ses promesses, il est enfin cité devant l'abbé dans le palais épiscopal d'Angers.

Noverint plurimi, et utinam nossent omnes, quod Galterus prepositus Ville Dei de familia fuit Vindocinensis monasterii, utpote filius... (*sic*), qui licet de servili esset genere progenitus, bonis tamen moribus pollebat, et Vindocinensibus monachis sicut suis dominis libenter et honestissime serviebat. Quibus pro serviciis, domnus abbas Goffredus ei preposituram Ville-Dei commendavit, in qua ipse prudenter et strenue, ad utilitatem monachorum et incolarum curie illius, ministravit. Cumque, post obitum domni Goffredi abbatis, domnus Fromundus abbatie regimen suscepisset, quesivit a Galterio quo modo preposituram illam haberet, licet ab antecessore suo veritatem plenius didicisset. Ad cujus interrogationem Galterius respondit dominum suum Gauffridum Vindocinensem abbatem illam ei dedisse, seque nichil in ea de fedo, nichil de patrimonio habere, vel habuisse, seque esse paratum ad ipsius vel Vindocinensis capituli preceptum eam relinquere. Quod viderunt et audierunt isti : Gatho monachus prior Ville-Dei, Galterius monachus; de famulis : Galterius de Cro-

ceio, Babinus nepos ejus, Goffredus Rebutatus. Post obitum Galterii, domnus Hubertus abbas, successor domni Fromundi, tenuit aliquantulum præfecturam in manu sua. Postea rogavit eum Guillelmus, filius Galterii prepositi, et per se et per amicos suos et precipue per Bartholomeum filium Goffridi Pagani, ut daret ei prefatam prepositurum, plane cognoscens quod nichil in ea ex patrimonio vel ex alio jure hereditario clamaret, nisi tamen ex ejus et capituli dono. Domnus abbas, cum assensu capituli, concessit ei prepositurum pro domni Bartholomei prece, quamdiu illam honeste et legitime administraret. Ut autem domnus abbas et monachi tucius illi se crederent et terram suam, juravit Guillelmus super sanctum Evangelium, Vindocini, in capella sancti Benedicti, quod non teneret illam ultra voluntatem eorum, et ad eorum preceptum illam sine contradictione dimitteret, et quod sine illorum consilio et licentia uxorem non duceret, et antiquas consuetudines Ville-Dei custodiret. Quod viderunt et audierunt isti : Albericus Dano, Bartholomeus de Boscato, Goffridus Guibaudi. Et Guillelmus, sicut dictum est, juravit, sed cito juramentum oblivioni tradidit. Dicebat enim quod ad decimam navinarum (*sic*) colligendam servientes suos ex consuetudine mitteret, et quod denarios qui contra census dantur habere deberet, et quod querelas quas per se finire posset ante priorem non duceret. Eo tempore, prior erat Ville-Dei Robertus de Alneriis, Vindocinensis monachus, qui pro supradictis querelis eum in causam ante domnum Hubertum abbatem duxit, et dictis ab utraque parte querelis, judicatum est Guillelmum injuste contra suos dominos egisse, et adversus eos nimis præsumsisse, et ideo pro decimis navinarum quinque solidos, et pro denariis qui contra census dantur, quos injuste usurpaverat, alios v solidos gagiavit et emendavit et reddidit. Causas etiam

quas se diffiniturum sine priore dixerat, omnino dimisit, et in testimonium sue dimissionis judicium cujusdam lenonis et cujusdam meretricis ante priorem ad irrisionem adduxit. Post modicum tempus, conventionem ducende uxoris fecit; quod cum prior Ville-Dei, predictus scilicet Robertus audivit, contradixit et non sine licentia Vindocinensis abbatis et capituli fieri debere affirmavit, et domno Huberto abbati ostendit; qui juramentum Guillelmi cognoscens, et transgressionem juramenti audiens, preposituram ei abstulit, et in manu sua eam diu tenuit. Cumque Guillelmus videret se perdidisse preposituram et uxorem ducere non posse, rogavit iterum supradictum abbatem ut uxorem ei ducere permitteret, qui transgressionis illius reminiscens preces ejus diu refutavit. Tandem Guillelmus junxit precibus munera, sicque licentiam ducende uxoris impetravit. Hac itaque accepta licentia, venit in capitulum, ibique coram omnibus fratribus cognovit quod nichil haberet in preposituram Ville-Dei ex fisco, nec ex jure hereditario, et si heredem haberet, nichil heres ejus in ea clamare posset. Quod viderunt et audierunt isti: domnus Hubertus abbas et totus conventus, Robertus prior Ville-Dei, Haimericus qui custodiebat res abbatis Ville-Dei; de famulis: Albericus prepositus monachorum, Dano cubicularius, Mauricius coquus, Goffridus Guibaudus, Odo Polardus, Vitalis de Sartrineio; de Villa-Dei: Giraudus Fulcherii, Tebaldus de Curia, Petrus filius Parve, Herveus Vivianus, Robertus Cælla, Johannes de Vindocino et multi alii. Duxit itaque uxorem suam Guillelmus et diu sine prepositura fuit. Post multos denique dies, commendavit ei iterum prefatus abbas preposituram, sub abrenunciatione quam de illa fecerat, et sub juramento quod pro illa juraverat. Mortuo autem domno Huberto abbate, suscepit regimen abbacie domnus Robertus, pre-

fatus prior Ville-Dei. Sub ejus tempore captus fuit quidam usurarius, apud Villam-Dei, et falsc portitor monete comprobatus, et Guillelmo preposito ad custodiendum traditus, qui noctu parietem suffodit et aufugit. Postea tradidit ei Ebrardus prior Ville-Dei duos latrones ad custodiendum, qui, nescimus sive consensu illius sive illo nesciente, fugerunt. Ut autem domnus abbas Robertus hoc audivit et usurarium et latrones a Guillelmo requisivit. Jam tunc erat contentio inter eos pro terra quadam que est juxta Terretulum, quam a tempore domni Fromundi abbatis pater Guillelmi prodiderat, sed Guillelmus eam ad proposituram pertinere dicebat. Requirebat etiam quatuor sextarios mestive, licet per campos decimam et terragium non quereret, octo præterea candelas et quatuor denarios exigebat in annuis festivitatibus de oblacionibus ecclesie. Dixit igitur Guillelmus domno abbati quod donec de his omnibus investitus esset, neque de usuraria et latronibus responderet. Hoc responsum domnus abbas egre tulit, et ut de his inde illum appellaret, Andegavis responderet submonuit. Diem dedit. Data die, tenuit domnus abbas in domo Andegavensis episcopi curiam suam et Guillelmus affuit[1]. Cumque domnus abbas ab illo usurarium et latrones fugitivos requireret, Guillelmus respondit, quod prius per judicium audiret, si antequam investiretur de his quibus spoliatus erat deberet respondere. Tunc judices requisierunt ab eo si propositurain clamaret ex fisco. Ille vero

1. Ce Guillaume ne fut pas le seul à abuser de la confiance des religieux, comme on en jugera par la lettre suivante : « Monsieur le Greffier. J'ay eu pour bien agréable que votre fils me soit venu veoir, mais aussi je suis esté desplaisant d'avoir entendu que certains cappitaines foulent si estrangement mes subjectz, veu qu'ilz disent qu'ilz me cognoissent. Je partz tout présentement de ce lieu pour m'en aller plaindre [à] leurs Majestez pour en avoir raison. Cependant vous ferez faire bonne garde et direz [à]

respondit se nichil in ea per fiscum clamare. Quod audierunt isti : Nicholaus Luscus, qui ex ejus parte erat, et Matheus serviens illius Guillelmi ; ex parte abbatis : Recnesius famulus prioris Andegavis, Durandus famulus prioris Credonensis, Robertus filius Gosleni de Villa-Dei. Predicta Guillelmi responsione audita, judicatum est quod ante investituram abbati respondere debebat.

Source. Mss. Phillipps, n° 2971, f. IIᶜLVI, n° 817.

DLVI.

DE ECCLESIIS DE CARCERE.

1159.

Henri, roi d'Angleterre, ayant mandé près de lui, à Tours, l'abbé de Vendôme et celui de Saint-Julien, fait reconnaître par tout son conseil les droits de Vendôme sur les trois églises de la Chartre. L'acte d'accord est signé dans le chapitre de Saint-Julien.

Actus hominum transeunt in momento et omnia delet antiquitas; ideoque quod tenaciter volumus observari, litterarum noticie commendavimus. Notum sit igitur tam futuris quam presentibus quod cum super capellis de Carcere, Sancte-Marie scilicet, et Sancti-Vincentii, et Beati-

messieurs Simon Clavier, Pierre Petereau et au curé de la paroisse qu'ils vous aydent à faire faire le pont-levis. A mon retour de Chenonceau, je pourray passer à Villedieu et veoir comme tout cy porte, n'estant la présente que pour avis. Je prie Dieu, Monsieur le Greffier, vous avoir en sa sainte et digne garde. De Vendome, le 10ᵉ jour d'octobre 1580. »

De la Chambre,
Cardinal de Vendosme.

(*Archiv. de Loir-et-Cher*).

Nicholai, inter abbatias Sancti scilicet Juliani Turonensis et Sancte-Trinitatis Vindocinensis questio agitata diutius extitisset, dominus Henricus rex Anglorum, dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, utriusque abbatie utilitati cupiens providere et diutine liti finem imponere, in capella sua Turonensi me Garinum abbatem Sancti-Juliani et Robertum Vindocinensem abbatem vocavit, ibique rationibus utriusque partis diligenter exquisitis et inspectis, consilio ipsius domni regis Anglorum et episcoporum qui cum eo erant, Philippi scilicet Baiocensis, Ernulfi Lexoviensis, Rotroci Ebroicensis, et religiosarum personarum Philippi abbatis Elemosine et Fulconis de Laureorio abbatis, et baronum Roberti et Novoburgi Normannie senescalli, et Gosleni Andegavensis senescalli, et Ugonis de Sancta-Maura, et Hugonis de Cleeriis, et Brienn(?) de Martin(?) et aliorum plurium virorum sapientium, inter nos abbates et abbacias nostras facta est pax in hunc modum, quod Robertus abbas Vindocinensis et ejus abbacia prenominatas capellas de Carcere, sine reclamatione et absque contradictione aliqua et omnino quiete, de cetero possideret. Fuit insuper et statutum quod ego Garinus, abbas Sancti-Juliani, et Robertus[1] abbas Vindocinensis, in capitulo Beati-Juliani conveniremus ut prefata pax ibidem cum assensu tocius capituli firmaretur. Convenimus itaque

1. L'abbé Robert mourut le 11 janvier 1159 ou 1160. « III idus januarii. Depositio domni Roberti abbatis, MCLVIIII. » Nécrologe. Le mss. 12700, f. 263, a lu 1160. « Robert abbé, mort le III des ides de janvier, selon notre Nécrologe, an MCLX. » Le calendrier 17 E écrit au même jour « Depositio dompni Roberti abbatis VIII, IX lectiones. » Cette charte et la suivante prouvent qu'il vivait certainement en 1159, et si le mois de janvier devait être compté ici à la fin de l'année, *more Gallicano*, Robert serait mort le 11 janvier 1160. Le *Chronicon* fait certainement erreur en plaçant sa mort en 1155. « MCLV. Hoc anno obiit bonæ memoriæ domnus abbas Robertus, III idus januarii, feria IV. » Or,

nos abbates ; venit et Hugo de Cleeriis, loco domini regis Anglorum, et ibi iterum pax firmata est, universo capitulo nostro consenciente et annuente, et concessimus omnes, tam ego Garinus abbas Sancti-Juliani quam monachi nostri, quod in capitulis pretaxatis nichil amplius clamaremus ; testibus his qui prefate compositioni ex parte nostra interfuerunt : Ego Garinus abbas Sancti-Juliani, Philippus prior, Petrus Sirot, Guido Brito, Teobaldus Gilonis, Symon de Carcere, Bernardus de Crevansterram, Girbertus elemosinarius, Guillelmus Tipes, Guillelmus Herberti, Robinus cantor, Matheus de Marsum, Herveus Lucentor, Gauterius de Chedum, Lambertus de Carnotis, Gosbertus cellerarius, Robinus parvus, Guillelmus de Bruil, Guido, Andreas, Philippus Juvenis, Vallinulus, Harduinus, Stephanus Tortus ; ex parte vero abbacie Vindocinensis : ipse Robertus abbas Vindocinensis, Petrus Daniel, Guillelmus Mesnil sui monachi et clerici ipsi : Bartholomeus decanus Beati-Mauritii Turonensis, Gillebertus Cantor cellerarius, Bartholomeus prepositus de Sodobria, magister Philippus, magister Garinus, Frodo de Sancto-Antonio, Albericus nepos cellerarii, Matheus de Sancta-Maura, magister Rainardus, Theobaldus ; laici vero hi : Algerus Faciens-Malum, Johannes Lemoz, Odo Mainerus, Ernaldus de Asneriis, Burcardus de Comis, Salomon frater ejus, Sirotus. Ex utraque parte : Hugo de Cleeriis, missus a domino rege Anglorum, et cum eo Maletus de Rupibus, Andreas de Taxin. Ut autem pax ista firma et illibata perpetuis in temporibus permaneret, sigillum nostrum presenti pagine

le 11 janvier n'arrive un mercredi, qu'en 1156. La difficulté ne pourrait être résolue que par un texte positif. Le mss. 12700, f. 279 *v°*, avait déjà relevé l'erreur du *Chronicon*, car après l'avoir cité il écrit : « Occurrit tamen Robertus abbas in quibusdam chartis anno 1158 et 1160. »

apposuimus. Pace autem sic formata et firmata, carta ista in capitulo Sancti-Juliani recitata est, universo capitulo audiente et annuente. Hujus recitationis testes sunt : ego Garinus abbas et capitulum nostrum, et Robertus abbas, Bartholomeus decanus, et Goslenus cellerarius, magistri Philippus, Garnerius, Ugo Peloquin, Frodo, Albericus, Teobaldus canonicus Beati-Mauri. Actum est anno ab incarnatione domini MCLIX, presidente Romano pontifice Adriano IIII°, regnantibus Ludovico rege Francorum et Henrico rege Anglorum, et duce Normannorum et Aquitanorum, et comite Andegavorum, Joscio Turonensi metropolitano, Guillemo Cenomanensi episcopo.

Source. Mss. 5419 A, fol. 103, copié sur l'original de l'abbaye de Vendôme, scellé en cire blanche sur las de soye rouge[1].

1. Gaignières ajoute la note suivante :
« Il y en eut un tout pareil de 1158, à quelques mots et lignes près. » En effet D. Villevieille, Trésor généalogique, donne sous l'année 1158 le sommaire d'une charte qui semble se confondre

DLVII.

DE EODEM.

1159.

L'évêque de Tours confirme l'accord survenu entre la Trinité et Saint-Julien au sujet des églises de la Chartre.

Ego Joscius, Dei gratia Turonensis archiepiscopus, omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus presentibus et posteris in perpetuum. Litterarum noticia fida memorie famulatrix et geste rei simulacrum, ad exterminandas perfidorum calumpnias, ad veritatis prevalet testimonium. Quia igitur bonum opus obscurum non amat et celebre factum formidat silencium, inter abbatiam Sancte-Trinitatis Vindocinensis et Sancti-Juliani Turonensis abbatiam super capellas de Carcere, Sancte scilicet Marie, Sancti-Vincentii, Sancti-Nicholai, diu habitam contentionem novimus et noticie universorum transmittimus ad pacem et concordiam perpetuo perductam. Garinus siquidem abbas et universus Sancti-Juliani conventus in suo capitulo predictarum capellarum reclamationem et omnem contentionem Roberto Vindocinensi et suis monachis presentibus penitus dimiserunt, easque predicte Vindocini abbatie perpetuo possidendas concesserunt. Nos itaque, inspectis Garini abbatis Sancti-Juliani et sui conventus scripto et sigillo ad testimonium prestitis, certificati etiam per monachos, Girbertum scilicet eleemosinarium et Gauterum ex parte ipsius Garini

avec la précédente. — Le mss. 13820, f. 338, cite aussi deux dates, 1158 pour la charte donnée par l'abbé de Saint-Julien et 1159 pour la confirmation de l'archevêque de Tours. — Le Mss. 273 de Vendôme, f. IIII^{xx}II, c, analyse longuement celle de 1159 et indique celle de 1158.

abbatis ad nos missos, atque hanc testificantes concordiam, instructi et per canonicos ecclesie nostre qui interfuerant, Bartholomeum scilicet decanum, Gillebertum cantorem, Goslenum cellerarium, magistrum Philippum, Garnerium, Frodonem, Albericum, Matheum, Teobaudum, eandem concordiam approbantes, scripti et sigilli nostri presentia communivimus. Et de cetero inviolabilem omnino esse et perpetuo mansuram statuimus nostro in capitulo, presentibus : Teonino archidiacono, Gisleberto cantore, Herveo cancellario, Gosleno cellarario, Johanne archidiacono, Nicholao, Radulfo presbiteris, Fromundo, Unibaudo, Hugone Peloquini, Frodone, Teobaudo canonicis et multis aliis.

Data per manum Hervei cancellarii, Raginaudo hujus carte scriptore. Actum anno ab incarnatione domini MCLIX, presidente Romano pontifice Adriano IIII, regnantibus Lugdovico rege Francorum, Henrico rege Anglorum, et duce Normannorum et Aquitanorum et comite Andegavensi, Guillelmo Cenomanensi episcopo.

Sources. Mss. 5419 A, f. 111, copié sur l'original de l'abbaye de Vendôme, scellé sur las de soye rouge, le scel perdu. — Mss. 17047, f. 101. — Mss. 273 de Vendôme, f. IIII^{XX}IIII, R.

DLVIII.

LITTERA ADRIANI PAPÆ IV, DE CARCERE.

4 mai 1159-1160.

Adrien IV confirme l'accord conclu entre l'abbé de Vendôme et celui de Saint-Julien de Tours au sujet de l'église de la Chartre.

Adrianus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis

Roberto abbati[1] et universo Vindocinensi capitulo, salutem et apostolicam benedictionem. Cum omnibus sanctæ ecclesiæ filiis debitores ex injuncto nobis apostolatus officio existamus, illis tamen locis atque personis nos convenit caritatis studio propensius annuere quæ ad sanctam Romanam ecclesiam specialius noscuntur pertinere. Hujus utique rei gratia vobis vestrisque successoribus concedimus perpetuo possidendum quidquid monasterio vestro liberalitate regum vel principum seu quorumlibet oblatione fidelium, datum est, vel a vobis vel ab antecessoribus vestris juste noscitur acquisitum. Ad hæc concordiam quæ inter

1. Robert étant mort le 11 janvier, cette bulle a probablement été donnée après sa mort. Son successeur immédiat fut l'abbé Guillaume ; nous n'avons aucune charte de lui et nous ne le connaissons que par les listes des abbés, qui toutes le placent après l'abbé Robert ; citons en particulier les *Rouleaux des morts*, publiés par M. Delisle (Bulletin de l'École des Chartes, 1856, p. 387), « Titulus S. Trinitatis Vindocinensis. Orate pro nostris, pro fundatoribus ecclesie nostre Goffrido comite et Agnete comitissa, pro abbatibus nostris, Rainaldo abbate, Oderico abbate, David abbate, Bernone abbate, Goffrido abbate, Fromundo abbate, Huberto abbate, Roberto abbate et Guillelmo abbate. » Le Nécrologe en fait mention : « XVII kalendas octobris, Deposicio domni Guillelmi abbatis. » Le calendrier du bréviaire 17 E est plus explicite : « XVI kalendas octobris : depositio dompni Guillelmi abbatis IX, IX lectiones. »

L'abbé Guillaume est donc mort le 15 ou 16 septembre 1161 ; comme nous le prouverons en déterminant l'époque précise de l'élection de son successeur Girard. Les listes contenues dans les mss. 98, f. 3 *v°* et 269, f. 1 *v°* de la bibliothèque de Vendôme, le placent au 9e rang entre Robert et Girard. Sirmond dans ses notes sur les lettres de l'abbé Geoffroy, et l'abbé Simon dans son *Histoire de Vendôme* font de même. Mais le *Gallia Christiana*, les notices de dom Verninac et du *Compendium* (Mss. latin 11819, B. N.) le suppriment tout simplement. Plusieurs chartes disent, il est vrai, que Girard succéda à Robert : « Godefridus de Patay appellavit dominum Girardum abbatem domini Rotberti abbatis successorem. » (Mss. 12700, f. 263, extrait du f. IIcXLV *r°* du *Cartulaire*), mais ces expressions n'impliquent pas une succession immédiate. M. de Pétigny lui-même n'a pas connu les autorités qui rendent indubitable l'existence de l'abbé Guillaume (Histoire du Vendomois, p. 475).

vos et dilectum filium nostrum Guarinum, ecclesiæ Sancti. Juliani Turonensis abbatem, in ejusdem cenobii capitulo facta est de capellis de Carcere, prima Beatæ-Mariæ, secunda Sancti-Vincentii, tertia Beati-Nicholai, authoritate apostolica confirmamus, decernentes ut nulla cujuslibet potestatis persona eam audeat retractare, aut pro eisdem ecclesiis vobis aut successoribus vestris aliquam calumniam præsumat inferre. Præterea, authoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli præcipimus ut, infra banleugam prædicti castri, nullus omnino hominum ecclesiam sive capellam ædificare audeat sine assensu Vindocinensis abbatis; quum predecessor noster, bonæ memoriæ Innocentius papa, quamdam capellam quam Amiotus presbiter in ejusdem castri territorio ædificare præsumpserat, distrui fecit, et ne deinceps alia infra banleugam ædificaretur sub anathemate prohibuit, et nos eisdem vestigiis inherentes ne illud deinceps præsumatur similiter prohibemus. Datum Laterani, quarto nonas maii.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, fol. 40 *r°*. — Mss. 13820, f. 321 *v°*. — Mss. 273 de Vendôme, f. VIII *v°*, P. — L'abbé Simon, II, p. 191.

DLIX.

DE DECIMIS ET OBLATIONIBUS DE AUDREIO.

1142-1164.

Un chevalier, nommé Gislebert, sur le point de mourir, fait abandon aux religieux de la Trinité des dîmes et oblations de l'église d'Audrieu, qu'il revendiquait pour lui. Son fils Guillaume imita son exemple. Cet accord fut signé par l'évêque de Bayeux et Richard de Saint-Remi, seigneur féodal.

Universis universalis ecclesie filiis et fratribus notum

fieri volumus quod monachi Vindocinenses, ex antiquis temporibus, in ecclesia de Audreio, terciam partem decime, de feodo Herberti de Audreio, cum toto redditu ecclesiastico habuerunt. Quam dum in pace et quiete tenerent, accidit ut quidam miles Gislebertus nomine predictam decimam et redditum ecclesiasticum, scilicet primicias et oblationes, calumpniaret et violenter auferret injusteque teneret. Post multum vero temporis, justa Dei dispositione, actum est ut predictus Gislebertus, gravi corporis infirmitate perculsus, viam universe carnis se esse ingressurum cognoscens, se contra monachos male egisse et jam sepe dictam decimam et oblationes injuste tenuisse confessus est. Sic vero de anime salute sollicitus, monachos qui tunc apud Audreium commorabantur, ante se venire fecit, quibus decimam et oblationes libere et quiete ex tunc et deinceps in perpetuum possidendas helemosinario jure reddidit, et per manus duorum filiorum suorum Guillelmi et Gosleni, qui presentes aderant, et reddicionem illam concesserant, super altare Beate-Marie de Audreio posuerunt. Quod viderunt et audierunt isti : Custinus infans, Guillelmus Ernuchim, Ansegisus presbiter, Ingulfus, Osbertus Pascherius, Goffridus Horce. Hoc autem factum est in presencia Herberti de Audreio, de cujus feodo decima illa et oblaciones erant, qui hoc voluit et concessit. His ita peractis, post aliquanti temporis spacia, predictus Guillelmus, Gisleberti filius, eamdem decimam et oblationes, quas Gislebertus pater ejus monachis Vindocinensibus reddiderat, calumpniari cepit. Que calumpnia in hunc modum pacificata est : Guillelmus, consilio bonorum hominum, et ecclesiastica justicia cogente, omnem calumpniam dimisit, et in memoriam rei geste librum qui dicitur missale, cum duobus fratribus suis Gosleno et Gundino, super altare predictum ponens, decimam et oblationes libere et quiete

monachis Vindocinensibus concesserunt possidendas. Pro qua concessione domnus Bernardus, tunc temporis prior Audrei, eidem Guillelmo x libras Andegavensis monete de caritate ecclesie Vindocinensis largitus est. Quod viderunt et audierunt isti : ipse Guillelmus et duo fratres ejus Goslenus et Gunduinus, Ansegisius presbiter, Ricardus de Sancto-Remigio, Radulphus Taillebois, Robertus de Bersmo, Thomas de Obscuris, Ingulfus et Guillelmus filii ejus, Radulfus de Tas et Lucas filius ejus, Radulfus Libor et Thomas filius ejus, Radulfus et Floisellus fratres. Et ut hec concordia et convenientia firma et rata in perpetuum haberetur, in presentia domni Philippi Baiocensis episcopi concessa est et recitata, et auctoritatis sue sigillo firmata. Post hec vero ad firmioris noticie roboracionem, sigillo dumni Hugonis Rotomagensis archiepiscopi munita fuit et firmata, et insuper sigillo Ricardi de Sancto-Remigio, qui hanc concordiam voluit et fecit, qui tunc temporis dominabatur terre Herberti de Audreio, qui pro hac concessione quemdam habuit palefredum et Iohannis fratris ejus xx solidos Cenomanensis monete de caritate ecclesie.

Source. Original en parchemin aux archives de Loir-et-Cher, les trois sceaux sont perdus.

DLX.

DE RADULFO DE AUDRIO.

1142-1164.

Raoul d'Audrieu, chevalier, donne au prieur de la Trinité, en Audrieu, un verger et un sextier de froment.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit R. de

Aldreio miles, salutem. Noverit universitas vestra quod ego, pro salute anime mee et antecessorum meorum, dedi et concessi domui Sancte-Trinitatis de Vendosmo quamdam partem pomerii mei quod est juxta pomerium monachorum ejusdem domus apud Aldreium morantium, et unum sextarium frumenti ad mensuram de Aldreio, in molendino Hervei, in puram et perpetuam elemosinam singulis annis eis percipiendum. Ipsi vero circa personam meam misericorditer agentes, de bonis sibi a Deo collatis michi viginti libras Turonenses conferre curaverunt. Ut hec autem mea donatio perpetuam possit obtinere firmitatem, eam presentis carte testimonio et sigilli mei munimine dignum duxi roborandam. His testibus: Thoma presbytero, Nicholao presbitero, magistro Gregorio, Gaufrido fratre suo, Eudone Gritone, Radulfo de Aldreio, militibus, Gernon, Willelmo Larive (?), Thoma de Thuit, Willelmo de Thuit, Willelmo Poan, Gaufrido Aetof, Thoma Gondoin, Willelmo Peet, Thoma la Pie, et pluribus aliis.

Sources. Orginal en parchemin aux archives de Loir-et-Cher, sceau perdu. — Mss. 5419 A, f. 9.

DLXI.

CONCORDIA CUM BARTHOLOMEO DE FISCO.

1164.

Accord avec Barthélemy du Foix pour la terre de Libois.

Jam monasterio praeerat Girardus anno MCLXIV[1],

1. L'année de l'élection de l'abbé Girard est assez incertaine. Le *Chronicon Vindocinense* indique 1155 : « MCLV. Cui (Robero)

quo anno concordiam iniit cum Bartholomeo de Feisco milite qui partem terræ de territorio de Loboe, calumpniabatur, pro quo diu excommunicatus mansit. Demum calumnia dimissa, reformataque pace, Girardus, misso Goffrido hospiciario ad Goffridum de Bello-Videre, archi-

successit domnus Girardus abbas, vir honestæ vitæ et boni testimonii, electus videlicet toto annuente capitulo. » Nous avons montré plus haut (ch. 558, note) que c'était une erreur. D'ailleurs le *Chronicon* lui-même va nous permettre de la rectifier. En effet il place la mort de l'abbé Girard en 1188, après une gestion de 26 ans et demi : « MCIIII^{XX}VIII. Hoc anno obiit piæ memoriæ domnus Gerardus abbas, sedis suæ XXVI anno et dimidio. » Or le jour de sa mort nous est indiqué : 1° par le *Nécrologe :* « III kalendas octobris ; depositio domni Gerardi abbatis, sacrista facit », et 2° par le calendrier du bréviaire 17 E : « III kalendas octobris, depositio dompni Giraldi abbatis X, IX lectiones ». La date précise du décès est donc le 28 septembre 1188. L'élection eut lieu 26 ans et 6 mois auparavant, c'est-à-dire dans les premiers jours de 1162. L'abbé Guillaume, en effet, était mort le 15 ou 16 septembre précédent. L'élection fut peu antérieure à la guerre qui sévit alors entre les comtes de Blois et de Vendôme, précisément pendant l'hiver 1161-1162. « MCLXI. Ipso anno, Tebaudus comes, Tebaudi comitis filius, cum magno exercitu militum atque pedictum castrum Vindocinum invasit et obsedit. Qui, priusquam ad castrum accederet, spolia ejusdem castri et thesaurum monasterii Sanctæ-Trinitatis commilitonibus suis verbo jam distribuerat, putans scilicet nullum sibi resistere posse. At Joannes nobilis comes Vindocinum, duorum filiorum suorum Burchardi scilicet et Lancelini fultus auxilio, multisque ex vicinis partibus ad auxilium ejus, ..., castellum suum strenuissime defendit, sicque prædictus comes Tebaudus, non pacto quod voluit, tritus et confossus recessit, non tamen sine maximo damno suorum. » Une comète arrivée le dimanche de la septuagésime ou le 4 février avait précédé le siège, et contribué avec lui, d'après le chroniqueur, aux horreurs d'une famine; l'abbé Girard s'empressa d'y remédier : « Tanta autem postea fames exorta est ut matres projicerent infantes ad portas monasterii. Tunc abbas Girardus instituit ut quotidie, a principio quadragesimæ usque ad festivitatem sancti Johannis, darentur pauperibus jacentibus in vicis et plateis panis et caseus et legumen usque ad eamdem festivitatem ». Le texte du *Chronicon Vindocinense* est assez explicite ; et comme il suit le comput français et commence l'année à Pâques, nous devons conclure que Girard fut élu abbé dans les premiers jours de 1162.

diaconum Blesis, eumdem Bartholomeum fecit absolvi. Actum est hoc anno incarnati verbi MCLXIV.

Source. Mss. 12700, f. 251.

DLXII.

DE RELIQUIIS SANCTI BEATI.

1164.

Gautier, évêque de Laons, accorde à la Trinité un os du bras de saint Bienheuré, et un anniversaire chaque année, le lendemain de sa fête.

Galterus, Dei gratia Laudunensis episcopus[1], Girardo, Vindocinensis ecclesie Sancte-Trinitatis venerabili abbati, et capitulo, clero, comiti, baronibus, populo, salutem. Girardus Vindocinensis abbas et quidam de fratribus suis, magnis et multis precibus a nobis expostulaverunt ut de reliquiis sancti Beati, pro voluntate nostra et ecclesie nostre, eis impertiremus. Nos autem petitionibus eorum obtemperantes, communicato ecclesie nostre et procerum nostrorum et civium consilio, eis unum os de brachio ipsius contulimus[2] et vobis ad honorem Dei et sancti Beati mittimus. Notificamus etiam quod ecclesia Laudunensis, intuitu caritatis, concessit se celebraturam annuatim sollempne servitium, crastina die festivitatis sancti Beati, pro

1. Gautier II de Mortagne, 47e évêq. de Laon de 1155 à 1174. Cf. Gallia Christiana, IX, col. 733, et t. VIII, col. 1371 ; cf. Petigny, 1re édition, p. 275.

2. Cette relique fut enfermée dans une châsse précieuse ; voir notre étude sur les *Saintes Reliques* de Vendôme, *Etudes et Documents*, vol. 2.

abbatibus et fratribus ecclesie Vindocinensis. Scriptum Lauduni et confirmatum anno incarnati verbi MCLXIIII, v idus maii.

Sources. Mss. 5419 A, f. 113, avec cette note : « Il y a la place de deux sceaux qui sont perdus ». — Mss. 13820, f. 334 *v°*, « ex codice papyraceo. » — Mss. 17049, f. 65. Ce manuscrit contient, f. 63, un extrait du Martyrologe de l'église de Laon où on lit : « Lauduno Clavato, sancti Beati confessoris depositio, qui quondam fuit in castro Vindocino, VII idus maii. » — Publiée par nous, vol. I de nos *Etudes et Documents, Saint Bienheuré de Vendôme,* p. 20.

DLXIII.

DE GUIDONE DE GUASTINELLO.

Peu après 1164.

Guy de Gastineau refusait de reconnaître les droits de la Trinité sur une terre qu'il donna même à son frère Guiscelin. Excommuniés l'un et l'autre par l'évêque du Mans, ils cédèrent enfin, et en reçurent l'investiture de l'abbé, à charge d'un cheval de service.

Girardus abbas Vindocinensis Roberto successerat. Hic controversiam habuit cum Guidone de Gastinello, super terra quadam quam Guido hereditario jure ad se pertinere perperam contendebat. In curiam Guillelmi episcopi Cenomanensis ab abbate tractus, cum nihil nisi prætulisset, judiciumque postea subterfugisset, anathematis sententia perculsus est, qua diu innodatus mansit. Postea vero terram dimisit Guiscelino juniori fratri suo, arbitratus se hoc modo posse se subtrahere anathematis vinculo. Quo cognito, abbas Robertus eumdem Guiscelinum in judicium vocavit

coram Guillelmo Cenomanensi episcopo, a quo Guiscelinus etiam execratus est, quod subire judicium et terram reddere contemneret. Tandem Guido et Guiscelinus, diutina excommunicatione pertesi et resipiscentes, in sollemne capitulum Vindocini venientes, in manu domini Girardi abbatis calumniam supradictam dimiserunt, et de terra ipsum cum libro investierunt. Abbas vero, consilio fratrum suorum, retentis ecclesiæ Vindocinensi duobus bordagiis terræ, ceteram terram totam dedit Guiscelino et concessit in feodo habendam, servitio tamen unius caballi annuatim ad submissionem abbatis vel ipsius vicarii reddendo. Ipse Guiscelinus pro ipso feodo fecit homagium.

Sources. Mss. 12700, f. 50 *v°*. — Decamps, 103, f. 154, avec renvoi au f. 246 du *Cartulaire*.

DLXIV.

DE DECIMA DE CHAMORE.

1160-1165.

Robert de Lisle restitue à la Trinité la dîme de Chamort en reconnaissance de la sépulture donnée à son oncle.

Noverint tam præsentes quam futuri quod decimam de Chamore, quam abbatia Vindocinensis diu juste possederat et habuerat, Robertus de Insula vi abstulit. Hac de causa in curia ecclesiastica sepissime vocatus, tandem justitia dictante, excommunicatus fuit. Hujus rei controversia taliter pacificata est. Contigit enim, Deo volente, quod Fulcherius de Insula, patruus supradicti Roberti, viam universæ carnis ingrederetur, quem defunctum abbas Vindocinensis et alii fratres in abbatia Vindocinensi honorifice sepelierunt. Videns autem supradictus Robertus

quod prece, non precio, domnus abbas G.[1] et alii fratres tantum honorem ac tale beneficium defuncto[2] gratis impendderant — querelam decime quam adversus abbatem habebat, dimisit. — Hoc idem concessit Rainaldus de Turre, frater suus.

Source. Baluze, 47, f. 262 *v°*.

DLXV.

DE DECIMA DE LINIÈRES.

1160-1165.

A la mort de son frère Renaud, enterré dans le cloître, Robert de Lisle donne à l'abbaye trois setiers de méteil.

Robertus de Insula dedit nobis monachis, ad obitum

1. Guillaume, 1160, ou Girard, 1162-1188. Nous ne croyons pas pouvoir reculer la date de ces chartes au delà des premières années du gouvernement de l'abbé Girard.

2. Foucher de Lisle, défunt, était fils de Jérémie de Lisle et de Sarracène. Jérémie de Lisle donna son nom à la seigneurie qui fut longtemps appelée Lisle-Jérémie. D'après une note du manuscrit Phillipps 25058, il y avait dans le *Cartulaire*, au folio 235, une charte qui était « un accord fait entre Jérémie de Vendôme et Sarracène, son épouse, d'une part, et les religieux de l'abbaye de Vendôme, pour raison des bois de Bracueil et du Chastellier, entre deux chemins. Le premier laisse aux religieux la moitié des cens communs montant à 6 sols 8 deniers. MCXXXII. » (Voir plus haut, n° DIX.)

Robert, neveu de Foucher, et petit-fils de Jérémie, fut vicomte de Blois et bienfaiteur de l'hospice Saint-Lazare de Blois: « 1146. Robert de l'Isle, vicomte de Bloys, donne et confirme pour l'amour de Dieu et le remède de son âme et de celles de Renault

Rainaldi fratris sui[1] quem in claustro sepelivimus, III sextarios de meteil, in decima de Linières[2] annuatim reddendos in die sancti Remigii, et V solidos singulis annis similiter reddendos in anniversario Rainaldi fratris sui, et in festivitate sancti Sebastiani. Donum istud obtulit R. de Insula super altare, deinde cum regula. Elemosinam istam concesserunt Rainaldus et Philippus filii Roberti, et Matildis uxor ejus. Hoc viderunt et audierunt domnus abbas G. totusque conventus; de clericis: Vitalis presbyter et Petrus nepos ejus, Goffridus presbyter de Bussello et Garinus frater ejus, Haimericus presbyter Sancti-Beati et Ricardus presbyter Sancti-Sulpicii; de laicis: Bucardus Torel, Hugo de Chavernaio, Mansellus de Ospicio, Dabre Obleier, Geraudus de Columbariis, Rainaldus Ville-Dei, Guido Faber et multi alii. Predictos quinque solidos accipiemus in peagio Vindocinensi.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXI, nº 854. — Baluze, 47, f. 164, avec renvoi au même folio du *Cartulaire*.

et de Geoffroy, ses fils, aux Lépreux de Bloys, un septier de sel, à prendre chaque année sur le revenu du port, à la feste des Innocens, qu'ils tenoient déjà de la libéralité et de l'aumône de Luce, vicomtesse de Bloys. »

« 1166. Robert de l'Isle, vicomte de Bloys, donne et confirme, avec le consentement de Mathilde, sa femme, de Renaut et de Godefroy, ses fils, un septier de sel aux Lépreux, à prendre, comme il est dit cy dessus, du don et de l'aumône de Luce, sa femme. »

« 1176. Le mesme Robert de l'Isle a donné aux mesmes Lépreux le septier de sel dont il est parlé cy-dessus. » (Archives nationales, S. 4831ᵇ.) D'où il résulte que Robert a été marié deux fois, d'abord à Luce, puis à Mathilde.

1. Sur Renaud et Robert, seigneurs de Lisle-Jérémie, entre Vendôme et Pezou, voir notre *Cartulaire Blésois de Marmoutier*, ch. 192, 193, 194 et 195.

2. La Trinité possédait encore à Linières les près Turbot, d'un revenu de 50 livres de ferme en 1625.

DLXVI.

DE PROCURATIONE CAPELLE ANSCHERII.

1160-1186.

Aalet, femme de Hugues de Marcilly, fille de Raoul de Montfolet, revendiquant le droit de procuration dans le prieuré de la Chapelle-Enchérie, envahit et pilla le prieuré; appelée en justice devant l'abbé Girard, elle fut convaincue et fit réparation.

Manifestum sit presentibus et futuris quod Hugo de Marcheillo[1] filiam Radulphi de Monte-Foleti, Aalet nomine, duxit uxorem, que dum adviveret nihil consuetudinis unquam reclamavit in domo de Capella-Anscherii. Illo vero mortuo, in ipso anno, eadem Aalet, uxor defuncti Hugonis, reclamavit procurationem in domo de Capellæ-Anscherii quam, ut asserebat, ex paterno dono sibi vendicabat; at prior domus præfatæ, Sanctio nomine, noluit eam procurare, dicens nec patrem suum, nec ipsam, aliquam procurationem vel consuetudinem in illa domo habuisse. Illa autem quadam die, absente priore, venit ad domum cum suis, et per violentiam, occisis gallinis et caponibus abbatis, fractis clavibus panis et vini, comedit et bibit; qua recedente a domo, mox supervenit Goffridus hospita-

1. Decamps, 103, f. 154, donne l'extrait suivant d'une charte relative à Hugues: « Donum cum regula super altare dominicum fecerunt Hugo de Marchel, et Aidalgis, mater ejus. Tacto sancti Evangelii textu sub jurejurando promiserunt se ituros in omnem curiam. »

rius Vendocini, qui eam super hac injuria convenit, diemque illi imposuit exequendi in curia abbatis Vindocinensis, quod jus et ratio super hoc exigebat. Statuta autem die, affuit in curia ante abbatem cum amicis suis. Tandem ratione convicta et testimonio patris sui Radulphi negantis se illam procurationem habuisse, vel filiæ suæ præfactæ in matrimonio dedisse, fecit rectum domino abbati Girardo, super illata injuria, hac tota plenaria curia vidente. Postea vero remisit priori Capellæ-Ancherii quidquid in eadem domo, manducando et bibendo expenderat. Ad testimonium hujus recti, prædictus prior, Sanctio nomine, panem et vinum sibi redditum dedit pauperibus, ad portam monasterii, dominica die, vidente parrochia, quatenus hujus recti testes essent in posterum. Ad hoc rectum faciendum ante dominicum abbatem Girardum interfuerunt ii : Simon de Montefoleti frater ejus[1], Hamelinus filius Frodonis, Hilgotus Bocel, Bucardus de Maleura, Andreas presbiter de Villatrum, Hilgotus presbiter, Frodo eleemosinarius, Jacob sacrista, Goffridus hospitarius, et tota plena curia[2].

Sources. Mss. 17049, f. 722. — Decamps, 103, f. 154, avec renvoi au folio 250 du *Cartulaire*.

1. Ce passage pourrait nous faire croire que l'abbé Girard était de la famille des seigneurs de Montfollet et par eux se rattacherait aux seigneurs de Beaugency. Serait-il fils de Girard de Montfollet que nous avons rencontré dans la charte 310[2]. Malheureusement les documents font encore défaut pour préciser cette filiation.

2. Le mss. 12700, f. 244, nous donne la date : « Girardus abbas Sanctæ-Trinitatis concordiam init cum Hugone de Marleio, anno MCLXV. » Cette même année il fit hommage pour la terre de Pinoches : « Girardo abbati anno MCLXV fit homagium pro terra de Pinochiis, et aliis. » — Mss. 13820, f. 342 *v°*. « Ex codice papyraceo recenter conscripto » et 12700, f. 280.

DLXVII.

CONCORDIA INTER NOS ET ABBATISSAM FONTIS EBRARDI, OCCASIONE TERRE DE VILLA-MARTINI.

1166.

Partage de terres, à Villemardy et à Freschines, entre la Trinité et l'abbaye de Fontevraud.

Contentio agitabatur inter ecclesiam Vindocinensem et abbatiam Fontis-Ebraudi de terris Ville-Martini et de terris Franschenie, que tandem in hunc modum pacis finem sortita est. Venerunt enim super terram Girardus, abbas Vindocinensis, et Gilia, priorissa Fontis-Ebraudi, jussu abbatisse, et facta fuit demonstratio terre ex utraque parte. Tandem, per multa verba, concesserunt abbas et priorissa sic : ut Guerreher, quidam miles de Villa-Marant, et Goffridus Tromer, ad consciencium suam, terram secundum jus utriusque ecclesie limitarent et metas ponerent. Quod ibidem ipsi fecerunt. Cujus rei, ex parte abbatis, hii sunt testes : Johannes prior Vindocinensis, Jacob sacrista, Michael prior Ville-Martini, Hilgotus presbiter, Hilgotus Bocellus et Hilgotus de Sancto-Karileffo, milites, Hugo prepositus, Girardus Brictius; ex parte abbatisse : Gilia priorissa Fontis-Ebraudi, Aubergia monialis, Petrus de Rousseto, Hainricus, Salomon de Fractavalle, Torellus Guerreher, Garinus de Fraschencio. Postea vero concessimus hoc et confirmavimus, ego G. abbas Vindocinensis, et ego Hildeburgis abbatissa Fontis-Ebraudi, consensu capitulorum nostrorum, videlicet Vindocinensis et Fontis-

Ebraudi, ratum et inconcussum, sicut factum fuerat, permanere in perpetuum. Et ne aliqua ulterius litis occasio suboriri possit, litteras has sub cyrographo scriptas et divisas, sigilli nostri[1] munitas, utrique ecclesie assignari decrevimus et fecimus. Actum est autem anno ab incarnatione Domini MCLXVI, II kalendas octobris.

CYROGRAPHVM.

Sources. Original en parchemin aux archives de Loir-et-Cher ; le sceau était placé en tête du parchemin. — Mss. 12700, f. 296.

DLXVIII.

1168-1169.

I. — Concordia cum abbate de Stella super juribus pasnagii in foresta Gastine. MCLXVIII.

Source. Mss. 273 de Vendôme, f. LXXV, u.

II. — Une lettre passée en l'an mil cent soixante et neuf, en la court du Mans, où est contenu qu'il fut adjugé à Monsieur l'abbé de Vendôme la collation de la cure de Thoré contre un nommé Geoffroy de Monscel.

Source. Mss. 273 de Vendôme, f. CXII *v°*.

1. C'est la première mention de l'usage d'un sceau par les abbés de Vendôme.

DLXIX.

CONCORDIA CUM LANCELINO DE BALGENCIACO.

1170.

A la prière de Manassès, évêque d'Orléans, Lancelin de Beaugency fait la paix avec la Trinité de Vendôme.

Inter innumeros humanæ naturæ defectus quos peccato primi parentis auximus, quasi quemdam principatum obtinet soror mortis oblivio, contra cujus incommoda in scribendis contractibus seu pactionibus non inutile sibi providit remedium diligens cautela prudentum. Ea propter ego Manasses, Aurelianensis ecclesie minister humilis, notum esse volumus presentibus et futuris quod controversia diu fuit inter Girardum abbatem Vindocinensem et Lancelinum de Balgenciaco super interfectione cujusdam servientis illius ecclesie, pro qua prefatus Lancelinus diu et graviter eamdem infestaverat ecclesiam, et pro captione unius hominis ipsi ecclesie donati, pro quo predictus abbas pro xxx^{a} libris fidejussor fuerat. Pro querela ista, dominus Lancelinus abstulerat monachis Sancti-Sepulchri de Balgenciaco quidquid habebant in piscaria Huinæ, in nemore Brolliei, in botagio vini hospitum eorum, in furno..... in fevo; prohibuerat et hominibus suis ne servirent monachis. Nos autem, damnum scientes ægre et dedecus eorum, ad compositionem inter eos etet dominum Lancelinum diu laboravimus. Tandem autem, Deo volente, dominus Lancelinus, precibus nostris adquiescens, per manum nostram, pacem cum eis firmam et omnes possessiones eorum eis liberas et quietas in perpetuum habere promisit, in ea pace et libertate qua tenuerant eas, temporibus predecessorum ejus Lancelini, Radulphi et Simonis; omnes etiam prescriptas querelas eis condonamus, videntibus et audientibus

istis : abbate Sancti-Maximini, abbate de Curia-Dei, Hugone decano Aurelianensi, Gamando succentore, Bucardo de Magduno, Helia Noël, Garnerio Rufo, Garnerio de Usselio, Hugone de Atona, Guimando Sancti-Sepulchri, Menardo vicario, Guillelmo Pagani. Actum Magduni, publice, in domo nostra, Domini MCLXX.

Sources. Archives départementales du Loiret. — Mss. 13820, f. 292. — Mss. 5419 A, f. 5.

DLXX.

DONATIO JURIS PATRONATUS IN ECCLESIA DE COLUMERIIS NOBIS FACTA.

1172.

Archambaud de Caresme remet entre les mains de l'archevêque de Sens l'église de Coulommiers, qu'il possédait par droit d'héritage; celui-ci la donne à l'abbaye de Vendôme.

Willelmus, Dei gratia Senonensis archiepiscopus et sedis apostolice legatus, omnibus sancte matris Ecclesie filiis tam futuris quam presentibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem. Universitati vestre notum fieri volumus quod Archembaldus de Karesmo, Aurelianensis canonicus, cum in archidiaconatu Vindocinensi ecclesiam de Columeriis, jure hereditario, de more antecessorum suorum, possideret, tandem recognoscens hoc esse contra canonum decreta et ecclesiasticam institutionem, eamdem ecclesiam in manu nostra resignavit : id ipsum laudante fratre suo Hilgoto clerico et concedente. Nos vero, ad preces ipsius, eamdem abbatie Vindocinensi in perpetuum, per manum Girardi abbatis, assignavimus, salvo tamen jure episcopali. Predicti etiam fratres in manu nostra fidem dederunt nullatenus se de cetero in ecclesia illa

aliquid reclamaturos. Actum est hoc Blesis, apud Sanctum-Launomarum, anno ab incarnatione Domini MCLXXII, ubi interfuere hi testes: Imbertus abbas Stellensis[1], Garnaldus succentor Aurelianensis, Robertus capellanus noster, Robertus de Blavia et Gilo canonici Carnotenses, Galterius decanus Vindocinensis, Galterius clericus ejusdem et filiolus, Hugotus presbiter Sancti-Martini de Vindocino, Villelmus sacristes, Albertus elemosinarius, Ruellenus camerarius monachi Vindocinenses; milites: Hilgotus Bucellus, Reinelmus filius Frodonis; servientes abbatis Vindocinensis: Dabre et Giraldus de Columeriis et alii plures. Ne ergo temporis diuturnitate hoc in posterum a memoria elabatur, vel oblivionis nubilo aliquatenus involvatur presenti pagine commendari et sigilli nostri auctoritate confirmari et corroborari precipimus. Nota Alani.

Sources. Original en parchemin aux archives de Loir-et-Cher. — Mss. 5419 A, f. 12. — Mss. 17046, f. 41.

DLXXI.

DONUM BARTHOLOMEI DE INSULA.

Avant 1174.

Deux jeunes seigneurs de Lisle donnent à la Trinité sept pains et sept justes de vin, qu'ils recevaient comme droit féodal sur l'église de ce hameau, et déposent ce don sur l'autel avec le pommeau de leur épée.

Notum sit omnibus tam futuris quam præsentibus quoniam duo juvenes de Insula, quorum alter clericus erat.

1. Cet abbé n'est point cité parmi ceux de l'abbaye de l'Etoile en Vendomois, ni par le *Gallia Christiania,* ni dans l'étude du P. Louis de Gonzague, publiée dans les *Annales Norbertines,* 1888-1891.

Bartholomeus nomine[1], alter vero laicus nomine Guillelmus, et eorum primogenitus, in capitulo Vindocinensi, ambo simul cum amicis suis venientes, VII panes et VII vini justas, quas de ecclesia ista in feodo habebant, in quindecim diebus semel illos VII panes et VII vini justas recipientes, Deo et monachis Vindocinensibus, cunctis videntibus et audientibus monachis, donaverunt. Quod donum Guillelmus, quoniam prior natu erat, in manu Hugonis prioris ibidem in capitulo, cum libro quodam, misit. Quod viderunt et audierunt isti : Hugo prior, Guillelmus subprior, Fulcherius cellararius, Fulcherius Viviani et totus conventus; de laicis : Goffredus Guibaut, Odo Polardus, Helrardus, Rogerius, Luhellus, Vitalis de Sartringno, Bartholomeus, Garinus et multi alii. Deinde ut istud donum firmum haberetur, et ne ulterius aliquo modo quassaretur, super altare dominicum, cum ponto cujusdam spate ambo fratres posuerunt. Quod viderunt et audierunt isti : Guillelmus hospitalis, Gervasius sacrista, Guimundus armarius; de laicis : Trubaudus, Brito de Furnili, et omnes supradicti.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, « f. IIᶜLXVIII, nº 846. » — Baluze, 47, f. 255 *v°*, avec renvoi au même fol. du *Cartulaire*. — Decamps, 103, f. 159 *v°*. — Mss. 5419, f. 171.

DLXXII.

DONUM BERNARDI DE FERITATE.

1175.

« Copie de la lettre de franchise de l'abbé de Vendosme pour son féaige de la Jodonière. »

Universis tam presentibus quam futuris notum existat

1. Baluze et le mss. 5419 portent en marge : « Factus postea archiepiscopus Turonensis ».

quod Bernardus, dominus de Feritate, dedi quinque solidos Andegavenses sensuales, singulis annis, ad lumen de sanctissima domini Jhesu Christi Lacrima[1]. Hos autem quinque solidos, singulis annis, Thomas li Melles et heres ejus in octavis Penthecostes Domini, super altare Vindocini, quos debebant sensualiter predicto Bernardo, quatuor solidos de terra Goufaudere, et duodecim denarios de vinea de la Fontaine que est juxta terram [dimiserunt]. Hanc vero censivam dedit in elemosinam liberam et immunem ab omni consuetudine et hujusmodi, [sicut] predicto Thome et heredi suo dederat, dominus Bernardus abbatie Vindocinensi pro remissione peccatorum suorum. Hoc videri et audieri (*sic*) isti : ipse Bernardus; Hugo, frater ejus; Robertus de Boer; Drogo . . . (*sic*); Guillelmus Aubigus et plures alii. De monachis : Guillelmus prior et Andreas, Radulphus, Gobertus. Hoc factum est anno ab incarnatione Domini millesimo CLXXV.

Source. Arch. nat. K. K., 1053, f. 51. Terrier de la Ferté-Bernard, 1389. Copie papier, gothique. — Communiqué par M. Menjot d'Elbenne.

1. Voir aussi dans le *Cartulaire Saintongeais* de la Trinité n^os^ 100, 104 et 144, trois autres chartes relatives à la Sainte-Larme qui ne sont pas citées par Mabillon dans sa lettre à l'évêque de Blois. Les archives de l'abbaye possédaient de nombreuses pièces sur cette relique célèbre, comme nous l'avons dit plus haut vol. I^er^, page xiii. Citons encore le fait suivant : « Petrus de Perusia, abbas Sancte-Trinitatis de Vindocino, anno 1413, fert sententiam et declarat excommunicatos duos ex suis monachis, camerarium et hortulanum, qui gazophilacium, dicunt truncum, ante sanctam Lacrymam fregerunt, anno 1412. » (Mss. 13820, f. 313). « Processus fratum Yvonis et Symonis qui fregerant truncum Sancte Lacryme. » (Mss. 273 de Vendôme, f. LXXV *v°*). Quelques autres documents peu connus ont été publiés par nous dans le 2^e^ volume de nos *Etudes et Documents : Processions de la Sainte-Larme*, et *Histoire de la Sainte-Larme*, par D. Germain Millet.

DLXXIII.

DE ABSOLUTIONE COMITIS VINDOCINENSIS.

1180.

Jean, évêque de Chartres, absout Jean, comte de Vendôme, de l'excommunication qu'il avait encourue pour les dommages causés par lui aux moines de la Trinité.

Johannes, divina dignatione et meritis sancti martyris Thome Carnotensis ecclesie minister humilis, omnibus ad quos littere iste pervenerint, in Domino salutem. Noveritis quod, cum venissemus ad ecclesiam Carnotensem, nobilem virum Johannem comitem Vindocinensem qui injurias, dampna, concussionesque ecclesie Sancte-Trinitatis Vindocini sepius irrogaverat[1], vinculo excommunicationis astrinximus, et plus quam triennio tenuimus astrictum. Verum, procedente tempore, ad venerabilem patrem nostrum Petrum sancte Romane ecclesie, tituli sancti Grisogoni cardinalem, apostolice sedis legatum accessit, et prestita juratoria cautione se de injuriis et lesionibus ecclesie memorate satisfacturum, presente illustri Anglorum rege et pro eo intercedente, meruit absolvi, relicto nobis quod de jure restabat exequendum. Citatus vero comes prestite non stetit cautioni, dicens se in hanc formam non prestitisse juramentum. Unde et pristinam a nobis reductus est in

1. Les religieux de la Trinité eurent tellement à souffrir qu'ils furent obligés de quitter Vendôme et de s'exiler pendant un an et deux mois à Angers, en 1177. « MCLXXVII, hoc anno exulavit conventus Vindocinensis Andegavi, toto anno et mensibus duobus, a facie Johannis comitis. »

sententiam quam domnus papa Alexander III confirmavit. Tandem cum dominus rex Anglorum doleret illum tandiu excommunicationi subjacere, regiam adjecit manum, eumdem compellens, ut exhibitione justicie se a sententia excommunicationis, qua tenebatur, faceret absolvi. Nos autem comes penitens, ut videbatur, et corde contritus adiit, ac de injuriis satisfactiens, competenter ad preces domni regis Anglorum et abbatis et fratrum ecclesie prefate absolutus est, juratoria cautione prestita se manum ulterius nec ad eamdem ecclesiam nec ad homines vel possessores ipsius extensurum, nisi aliquid de jure posset evincere. Quod, ut posteritati notum fieret et ecclesie jam dicte prospiceretur, indempnitati, tam scripti quam sigilli nostri testimonio fecimus communiri. Actum publice anno gracie MCLXXX[1].

Sources. Mss. Phillipps, 25058, f. 63 et 196 « ex originali. » — Mss. 5419, A, f. 125, « scel perdu. » — Mss. 17033, f. 147. — Mss. 13820, f. 327. — Mss. 12700, f. 251 *v°* et 280. — D. Martène, *Thesaurus novus anecdotorum*, p. 597 « ex autographo ». — L'abbé Simon II, p. 195. — Mss. 273 de Vendôme, f. XVIII, E.

1. La même année, sur le point de partir pour la croisade, le comte Jean se fit absoudre d'une autre excommunication encourue pour les dommages causés à l'abbaye de Saint-Laumer de Blois : « Propter quasdam iniquas consuetudines, quas in villis Sancti-Launomari Blesensis, in pago Vindocinensi constitutis, contra justiciam usurpabat. Vindicabat enim in illis sibi jus hospitandi, talliam, cornagium, avenagium, justitiam cruoris et latronis. Quibus omnibus Jerosolymam profecturus, etc. » *Histoire de Sainct Lomer*, de D. Noël Mars, publiée par M. Dupré, Blois, p. 156, et Archives nationales, S. 3292, n° 6. L'acte personnel de soumission du comte de Vendôme fut signé par lui en présence de l'évêque de Chartres et de Girard, abbé de la Trinité : « presentibus viris venerabilibus Johanne, Carnotensi episcopo et Girardo abbate Vindocinensi. » Archives nationales, S. 3292, n° 6.

DLXXIV.

LITTERA ALEXANDRI PAPÆ III.

6 juin 1159-1181.

Le pape Alexandre III confirme tous les privilèges de l'abbaye de Vendôme.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Girardo abbati Vindocinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant effectu sunt consequente complenda. Ea propter, dilecte in Domino fili, justis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes illas dignitates quæ ab antecessoribus nostris tuis prædecessoribus sunt concessæ et eorum privilegiis confirmatæ, et quibus, tam tu quam ipsi usi fuisse noscimini, tibi tuisque successoribus authoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud Montempesulanum, octavo ydus junii.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, fol. 40 *v°*. — Mss. 13820, f. 322. — Mss. 273 de Vendôme, f. VIII *v°*.

DLXXV.

1184.

I. — Girardus Vindocinensis abbas, anno MCLXXXIV,

concordat cum monachis Majoris Monasterii, quorum prata stagnum apud prioratum Vindocinensem de Monthodon refusione aquæ damnificabat.

Source. Mss. 13820, f. 354 *v°*.

II. — Compositiones inter monachos Vindocinenses et Majoris Monasterii circa res tum hujus prioratus de Montehildonis ad Vindocinenses pertinentis, tum prioratus de Semitario ad camerarium Majoris Monasterii memorantur annis 1184 et 1275.

Source. Mss. 12700, f. 295 *v°*.

DLXXVI.

DONUM MOLENDINI DE BETO.

Avant 1185.

Le chevalier Vulgrin donne le moulin de Beton, pour être reçu moine, lui et son fils Pierre, et pour l'âme de tous ses parents.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod, quando Wlgrinus[1] miles monacus noster fuit, dedit Deo et ecclesie Vindocinensi, pro salute anime sue omniumque parentum suorum, et pro Petro filio suo, quem monacum fecimus, molendinum de Beto[2], et omnia que in eo habebat superius

1. Baluze met en marge : « Filius Ingelbaldi Britonis. »

2. Le moulin de Beton fut l'objet de deux autres actes ainsi résumés dans le mss. 273, f. 72. « Cyrographum quo constat molendinum de Beton datum esse ad homagium roncinum de servicio, cum censu seu debito annuo viginti solidorum, et conditione ut singulis annis liceat monacho unico per unum diem et

et inferius, in stanno et in maresio. Hoc concesserunt et confirmaverunt Maria uxor ejus et quinque filii ejus, Goffridus, Herveus, Ingelbaldus, Petrus, Mauricius, et Agnes et Domitilla filie ipsius. Hoc viderunt et audierunt isti : domnus abbas Girardus totusque conventus, Johannes comes Vindocinensis et Richildis uxor ejus, neptis Wlgrini, Ilgotus Bocellus, Fulcradus et Guillermus frater ejus, Buccardus prepositus, Guillermus de Posterna, Philippus de Plasseio[1] et Gervasius filius ejus, Buccardus de Malevova[2], et Garnaudus de Caresmo, et multi alii, clerici, milites et famuli. In molendino illo accipient clerici Sancti-Georgii annuatim II sextarios annone, et Fulcherius Gilo II denarios in caritate.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, fol. II^{c}LXXII v^{o}, n° 865. — Baluze, 47, f. 263 avec renvoi au fol. CCXLVIII v^{o} du *Cartulaire*. Cette charte aurait donc été en double ; la copie de Baluze est d'ailleurs moins complète et ne fait aucune mention du dernier §.

DLXXVII.

CONCORDIA CUM SULPICIO DE AMBAZIA.

1185.

I. — Sulpice, sire d'Amboise, fait un accord avec Girard, abbé de Vendôme, par lequel il est convenu qu'il payera à l'abbé une somme de 30 livres en dédommagement des

noctem piscari in stangno, si fiat. MCC primo.— Aliud cyrographum ejusdem tenoris sigillatum quatuor sigillis, debitum autem viginti solidorum applicatur sacriste Vindocinensi. MCCV. »

1. *Plesseio*.
2. *Maleura*.

torts qu'il avait fait, à l'abbaye de Vendôme et que lui et Hugues, son père, prendront sous leur protection spéciale les biens de l'abbaye, et notamment les villes de Liboe et de Chaalun, ce qui fut fait à Amboise le 17 de calendes d'Avril 1185, en présence de plusieurs témoins de part et d'autre ; et de la part du dit seigneur d'Amboise on voit entre autres : Guillaume de Fossemaure, Fourques de l'Isle, Bertrand d'Amboise et Haimeri de Modona.

Source. D. Villevieille. *Trésor généalogique.*

II. — G. abbas Vindocinensis concordiam init cum Sulpicio de Ambazia, super pluribus damnis quæ monasterio intulerat. Actum anno MCLXXXV, apud Ambaziam, XVIII kalendas aprilis.

Source. Mss. 12700, f. 247 *v°*.

III. — Carta per quam dominus de Ambasia suscepit deffensionem terrarum de Raince et de Liboue ac hominum ac rectorum Vindocinensium in eisdem manentium, anno Domini MCLXXXV.

Source. Mss. de Vendôme, 273, f. LVI *v°*, B, « veu ».

IV. — Lictera domini de Ambazia per quam quictat monachis Vindocinensibus peliciam eidem annuatim debitam pro custodia terre de Reincè, reservatis sibi botis, calceolis[1] et quinque solidis annuatim solvendis apud Ambasiam, in festivitate omnium sanctorum. Non est data.

Source. Mss. 273 de Vendôme, f. LVI *v°*, C.

1. Nous avons retrouvé ces bottes de moyne et ces chaussons ou estafignons dans un acte de 1523. Voir la charte CCCII, note.

DLXXVIII.

DE CONSUETUDINIBUS COMITIS BURCHARDI.

1185.

Henri, roi d'Angleterre, détermine les coutumes, servitudes et droits respectifs du comte de Vendôme et du monastère de la Trinité.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, omnibus ad quos presens carta pervenerit, salutem. Super controversiis quæ inter monasterium Vindocinense et comitem ejusdem loci Buchardum diutius noscitur agitari, super quibusdam libertatibus et immunitatibus, quas prefatum monasterium adversus dictum comitem se multis privilegiis dicebat habere, et comes nihilominus contra idem monasterium quasdam consuetudines se et antecessores suos de jure habere dicebat, in presentia venerabilis patris nostri B., Dei gratia Turonensis archiepiscopi, inter dictas partes componere curavimus. De assensu ergo partium, coram nobis statutum est ut dictus Bochardus, nec filius ejus aut heres, de cetero in monasterio Vindocinensi, nec aliqua ejus villa ad monasterium pertinente, procurationem exigere possit vel exigat, sive tempore pacis sive tempore guerre ; taillias etiam in terra monachorum de cetero nullas faciet, vel facere poterit nec ipse nec heres ejus. Monachi vero, propter hanc sibi ab eo immunitatis concessionem, ex tribus de causis subscriptis eidem Bochardo et heredibus ejus reddere tenentur tria millia solidorum usualis monete, videlicet si filiam suam primogenitam maritaverit, prima vice quando Jerusalem proficiscetur, pro redemptione

corporis sui quotiens captus fuerit de guerra domini sui comitis Andegavensis, vel de propria guerra que non sit contra comitem Andegavensem; mensuram autem vini, (*etc. et post plura*). [*Le mss.* 12700 *et le mss.* 273 *de Vendôme résument ainsi cette lacune :* « Ordinavit insuper homines monachorum accipere mensuras annone et vini a servientibus comitis, qui si arguantur de falsitate... in curia comitis et abbatis causa decidetur et per medium emenda dividetur].

Si inter homines de burgo duellum fuerit, totum ad abbatem pertinebit. Si vero homo qui non sit abbatis contra hominem abbatis de burgo duellum facere debuerit, in curia Bochardi duellum erit, et si talis fuerit causa pro qua pena mortis vel membrorum truncatio sequi debeat, et homo abbatis victus fuerit, ad prefatum Bochardum justicia pertinebit. Si vero talis fuerit causa pro qua pæna mortis vel membrorum truncatio sequi non debeat et homo abbatis victus fuerit, tota justitia ad abbatem pertinebit (et post quam plurima). [*Le mss.* 12700 *donne le sommaire de cette lacune :* De aliis autem hominibus monachorum qui non fuerint de burgo, totum ad abbatem pertinebit. Præterea quod terra de Puteo Odeline, boscus de Burleio[1] et boscus de Castaneis cum medietate molendini de Chaillon erunt monachorum, debent etiam habere monachi in foresta Guastine dimidium pasnagii, totam ceram et mel, et usagium sibi ad ignem totius monasterii, tam in sicco quam in viridi et ad ædificia facienda, et si in foresta non invenerint, accipiant in defensa; homines autem monasterii accipiant ad ignem de sicco, et ad ædificia de viridi, ita ut nec dare nec vendere possint, et per has conventiones debent esse monasterium et eorum homines

1. *Boleio,* mss. 273 de Vendôme.

liberi ab omni exactione et consuetudine, excepta consuetudine debita comiti in foro suo, excepto eo quod homines abbatis debent quindecim diebus per annum reparare fossata Vindocini, sicut alii homines baronum et militum terræ[1], debent etiam homines abbatis comitem juvare in guerra et equitatione pro terra defedenda, non contra comitem Andegavensem, homines autem de Marchia liberi esse debent ab hujusmodi consuetudine].

Hæc igitur compositio, in præsentia nostra facta, ita debet firma manere, si summus pontifex eam voluerit approbare. Hoc autem juraverunt se firmiter observaturos Bochardus et Gaufridus filius ejus, Gombertus de Bulcheto, Robertus de Insula, Archembaldus prepositus. Hoc autem actum est anno ab incarnatione Domini MCLXXXV[2], testibus cancellario, filio nostro Hugone Cestriensi[3] electo, H. vicecomite Castriduni, Richardo vicecomite Bellimontis, Stephano de Turone senescallo Andegavensi, Jouberto de

1. C'est la première mention des fortifications de la ville.

2. Cette charte prouve que la mort de Jean Ier, comte de Vendôme, doit être placée en 1185 et non en 1190, comme l'écrit l'abbé Simon, t. I, p. 111, ni en 1192 comme le porte l'*Art de vérifier les dates,* t. II, p. 814. Une charte de la Charité sur Loire nous apprend les circonstances de cette mort : « Ego Burchardus, comes Vindocinensis... Notum fieri volumus quod cum vir venerandus et bonæ memoriæ Johannes, pater meus, comes Vindocinensis, a peregrinatione Hierosolymitana rediret, et apud Caritatem ægrotans, diem expectaret extremum a monachis dicti monasterii in fratrem et monachum gratanter et honorifice, per Dei gratiam, juxta suæ voluntatis petitionem est receptus, ibique eorum pia considerata devotione constituit ut de propriis redditibus suis in castro Vindocinensi, pro salute animæ suæ et parentum suorum, decem libras prædicto monasterio annuatim perpetuo darentur, etc. » Bouchard constitua cette rente sur le minage, et fit approuver l'acte par Geoffroy, son frère, Jean de Laval, son cousin, Mathieu de Beaumont, Barthélemi du Plessis, etc. Du temps de l'abbé Hamelin, le comte Jean approuva la donation de son aïeul : « Johannes abavus meus. »

3. Chester, évêché suffragant d'York, Angleterre.

Pellign (?), Eimerico filio Eudonis, Willelmo de Ostilli, Herveo preposito de Lochis. Apud Maet.

Sources. Mss. Phillipps, 25058, f. 75 avec cette note : « Le sceau pendant avec un cordon de soye. » — Mss. 12700, f. 246 *v°* et 280. — Mss. 13820, f. 337. — Mss. 273 de Vendôme, f. xvii *v°*.

DLXXIX.

BULLA URBANI PAPÆ III.

23 janvier 1185-1187.

Le pape Urbain III renouvelle la défense portée au concile de Latran, aux évêques d'exiger aucunes redevances de l'abbaye de Vendôme et de ses prieurés.

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fratribus Vindocinensibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum ecclesia vestra ad regimen et tutelam nostram, nullo mediante, pertineat, dignum est et consonum rationi, ut ejus jura speciali sollicitudine conservemus, et his quibus ipsius tranquillitas indebita molestatione turbatur debito pastoralis sollicitudinis occurramus. Unde, quia ad audientiam apostolatus nostri pervenit quod quidam archiepiscopi, episcopi, et alii ecclesiarum prelati cellas vestras nonnunquam indebitis exactionibus aggravant, et contra statuta Lateranensis concilii, in numero : Evectionum, et aliis, cum eas visitant, molestant, nequiter et perturbant, præsentium auctoritate statuimus ut nullus prædictas cellas vestras, Evectionum numero vel aliis, inconsuetis et indebitis exactionibus audeat, contra statuta prædicti concilii, perturbare, vel eis novas et inde-

Vindocinensi annuatim sollempniter celebretur. Hujus rei testes sunt G. abbas, et totus conventus Vindocinensis, et ipse Johannes qui in capitulo Vindocinensi hoc donum fecit, et Salomon de Fractavalle et Buccardus Godet, et Guillelmus Chote et Odo Ripope et Galterius de Savigneio, Gaignardus de Veteri-Vico et Matheus de Baumeo.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXII v^o, n° 867. — Baluze, 47, f. 263 v^o et 139, f. 270. — Mss. 12700, f. 280.

DXCIII.

DE ECCLESIA DE TREJECTO.

1188.

Donation de l'église de Tréhet.

I. — Donacio episcopi Cenomanensis de jure patronatus ecclesie de Trejecto[1] monasterio Vindocinensi MCIIII^{xx}VIII[2].

II. — Lictera capituli Cenomanensis de prefata donacione illam confirmante, MCIIII^{xx}VIII.

1. En 1410, l'abbé de Vendôme fit un accord avec « Jacquet Bosne, seigneur de Tréet, pour les devoirs dehus l'ung envers l'autre, ladicte terre de Tréet demourant chargée en troys sestiers de froment, mesure de Villedieu envers le chappelain Sainct Jehan. » Mss. 273, f. XLV v^o.

2. Comme nous l'avons écrit plus haut, charte 561, l'abbé Girard était mort le 28 septembre 1188. Dans la même année Lucas fut élu pour lui succéder : « Cui successit domnus Lucas abbas » (*Chronicon Vindocinense*). Le mss. 12700, f. 280 v^o, ajoute : « Ex priore ». Nous l'avons en effet trouvé avec la dignité de prieur dans la charte 587, et dans le *Cartulaire saintongeais de la Trinité*, ch. LXVIII.

reddita sunt hujus modi scripta, domino Papæ de commissione cause illius hanc compositionem suo autentico communivit, et nos eandem litteris nostris sigillo nostro[1] sigillatis fecimus roborari, nolentes quod de cetero susciteretur contentio, que pacis beneficio penitus conquievit.

Source. Mss. 12780, f. 283 v^o.

DXCII.

DE VINEIS DE BERGERIIS.

Avant 1188.

Dons faits à la Trinité par Jean de Lavardin et la comtesse Richilde sa sœur.

Noverint tam præsentes quam posteri quod Johannes de Lavarzino, tempore Gerardi abbatis Vindocinensis, dedit in eleemosinam Deo et ecclesiæ Vindocinensi, et in perpetuum habendum et possidendum concessit dimidium agripennum terræ prope vineas de Bergeriis et vigenti duo denarios de vinea quæ est prope Sanctum-Beatum census, et Richeldis comitissa, soror ejus, duodecim solidos de molendino de Ponte Petroso, et quatuor denarios et obolum de vinea quam emit Jacob, tunc temporis sacrista Vindocinensis de Rainaldo Basili et Hilgoto fratre suo, tali pacto videlicet ut anniversarium matris sue in abbacia

1. Gaignières, mss. 5441 [3], nous a conservé le dessin du sceau original de Guillaume de Passavant, évêque du Mans, 1143-1188. Il est représenté avec la mitre ouverte par devant, bénissant de la main droite et de la main gauche tenant la crosse tournée en dedans. Légende : + S' : GVILLELMI : CENOMANENSIS : EPISCOP'.

decano Vindocinensi, qui partibus, illius auctoritate mandati, terminum assignaverunt. Medio tempore, coram domino B. Turonensi archiepiscopo præsentes esse contigit nos et prædictum abbatem, cum quibusdam fratribus suis, cujus ammonitioni cum ad pacem nos amicabiliter invitaret, libenter ac reverenter annuimus, in ejus arbitrium hinc inde compromittentes, et ex parte nostra, fide magistri Ernaudi archipresbiteri illius terre, et ex parte monachorum, fide Roberti hospitalarii, vallatum est compromissum. Archiepiscopus ergo, convocatis prudentibus et discretis viris, pro bono pacis, de assensu partium statuit inter nos quod predicta ecclesia de Gastinel de cetero parrochialis non esset, nisi tantum capella et oratorium monachorum; homines autem in eodem loco commorantes parrochiani erunt ecclesie Heremitarum, et de cetero parrochialiter accedent ad eam; si voluerit presbiter ejusdem ecclesie, poterit accedere ad capellam illam, et ibidem divina in precipuis festivitatibus et aliis diebus celebrare, si voluerit poterit vocare homines illos ad maternam ecclesiam, et erit hoc in optione ejus pro opportunitate temporis; corpora defunctorum qui in eodem loco decesserunt sepelientur in cimeterio ecclesie Heremitarum, nisi forte in posterum voluerit episcopus, concedentibus monachis, ibidem cimeterium benedici; monachi qui ibidem manebunt non usurpabunt jura parrochialia, nec officium presbiteri exercebunt, sive in tumulandis corporibus, sive in benedictionibus faciendis, vel aliis hujus modi, nisi de voluntate et convenientia sacerdotis. Id juris et portionem illam quam soliti sunt percipere monachi in parrochianis de Heremitis percipient, et in istis, sive in matrice ecclesia, sive in capella, si in ipsa divinum fuerit officium celebratum, decime omnes et due partes primitiarum erunt monachorum, et tertia sacerdotis. Dominus archiepiscopus, cum

istud super altare dominicale cum quodam cultello posuit. Hoc concesserunt Aalez uxor Remellini et duo filii ejus, Frodo et Guillermus. Hoc viderunt et audierunt isti : domnus abbas Girardus totusque conventus, Hilgotus Bocelli, Laurellus miles, Frodo Lisoii, Gaignardus de Veteri-Vico, Gervasius Savarici, Girotus, Henricus Malus Rufus, et multi.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. II^cLXXII, n° 864.

DXCI.

CHARTA WILLELMI EPISCOPI CENOMANENSIS DE CAPELLA DE GASTINEL.

1185-1188.

Barthélemy, archevêque de Tours, conclut la paix entre la Trinité et l'évêque du Mans, et décide que l'église de Gatineau ne sera plus paroissiale, mais simple chapelle des moines; les paroissiens dépendront de l'église des Hermites.

Willelmus, Dei gratia Cenomanensis episcopus, universis Dei fidelibus salutem. Notum fieri curavimus quod inter nos et Girardum abbatem et fratres Vindocinenses, super ecclesia de Gastinel quam nos parrochialem dicebamus, et in qua propter defectionem ipsorum, quia sepius a nobis commoniti presbiterum ordinare detractaverant, nos de indulgentia beate memorie Lucii pape sacerdotem instituimus, quem ipsi monachi recipere recusarunt; arguta est questio que postmodum per appellationem ad sedem apostolicam est delata ; verum dominus Papa, de nunciorum utriusque partis assensu, eamdem causam decidandam remisit cantori Cenomanensi, decano Sancti Petri de Curia,

eis prefata decima, ex caritate insuper monasterii L solidos ipsis dedit. Huic concordie interfuerunt : Avunculus eorum Guillelmus Marcheant, Guillelmus de Aqua sororius eorum, Hugo de Ospicio, Rogerus Absolute, Goffridus presbiter Busselli, et alii multi tam monachi quam famuli. Ob hujus donacionis concessum gratuitum postea receperunt a monachis apud Chaillou, Stephanus frater predictorum fratrum IIII denarios Cenomanenses, mater eorum Bloia IX, Hildeardis soror totidem, Amelina uxor Johannis totidem, Aalez ejusdem filia II, filius ejusdem quidam adhuc in cunis I. Quod viderunt et audierunt, de monachis : Josbertus, Goffridus, Garnarius, Herveus sacrista, qui dispensavit denarios, Goffridus presbiter, Robertus prepositus, Stephanus filius ejus, Hulricus filius Thuche, Hugo Belot et alii plures.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. IIˣLXXI *v°*, n° 861.

DXC.

DE BOSCO DE FORESTA.

Avant 1188.

Remelin, fils de Frodon, nous donne un bois avoisinant celui de la Forêt.

Sciant presentes et futuri quod Remelinus, filius Frodonis, dedit in elemosina Deo et ecclesie Vindocinensi, pro salute anime sue omniumque parentum suorum, id est patris et matris sue fratrumque suorum Guillelmi, Goffridi, Berardi, boscum illum qui bosco nostro de Foresta continuatur, et omnia que in illo habebat, donumque

fideli attestatione probanda, pagina presenti testificamur omnibus quod miles quidam, Boseris de Chaillou nomine, totam terram suam quam apud Balneolos [1] habebat domno R. abbasti (*sic*) Vindocinensi et monasterio tradiderat in vadimonium pro c solidos, ejusdem terre fructum omnem ipsi monasterio conferans in elemosinam donec illi c solidos persoluti essent ; post modum vero defuncto Boseri, cum Johannes et Reinaldus, filii ejus, illam terram a domno G., tunc temporis abbate, diu quesissent, memoratos tamen c solidos nequaquam reddentes, atque in hoc idem abbas eis minime assentiret, tandem controversia hec modum hunc sortita est pacis; quod idem Johannes et Rainaldus Vindocinum venerunt, et in communi camera, eamdem terram Deo et monachis Vindocinensibus ex integro dederunt. Quia vero terram illam victui suo subtrahere temporaliter videntur, domnus ababbas G., dimissa

1. Parmi les principales propriétés de l'abbaye à Baignaux, nous trouvons la terre de Rougemont, la métairie du Buisson, la maison de la Vove, la terre de la Tricherie, près le seigneur de Thorrigny, mais surtout le moulin à vent, qui fut possédé par Antoine Chartier, licencié en loix, bailly de la cour et chatellenie de Vievy-le-Rayé, 1551, par François de Thibivilliers, sieur de Beaulieu et Françoise de Rigny, sa femme, 1559, qui, devenue veuve, le vendit en 1586 à François de Racines, écuyer, seigneur de Villegomblain, des Bertholières, du Theuil et de Villeporteim, lieutenant de 50 hommes d'armes des ordonnances du roi, et à Jehanne d'Amilly, sa femme, par Jehan de Rivaude, chevalier, seigneur de Rivaude, Mer, Villegomblain, Beauvilliers, la Bosse, demeurant en son château de Villegomblain, paroisse d'Epiais, héritier de noble et scientifique personne M^re^ Martin de Racines, seigneur de Villegomblain, abbé de Laumosne ou Petit-Citeaux, 1648, 1659 ; François de Tascher, chevalier, seigneur de la Pagerie, héritier de Jean de Rivaude, mort en 1674 ; Mathieu de Haulteman, chevalier, seigneur de Villegomblain, 1685 ; Marguerit Vincent Hotteman, seigneur de Villegomblain, le Theuil, Beauvilliers, Chaillou, la Bosse et Villamportun, 1737 ; Pierre Fleuriau du Plessis, écuyer, conseiller du roi, maître en sa chambre des comptes de Blois, seigneur de Villegomblain, y demeurant, en son château, 1747.

DLXXXVIII.

DE VILLA CHATAIN.

Avant 1188.

Simon de la Ferrière donne six deniers de cens à Villechatain.

Quidam miles, nomine Simon de Ferraria, dedit nobis sex denarios census, ad Villam-Chatain, et omnem contentionem quam in terra illa faciebat omnino dimisit. Hoc concessit Matheus frater ejus et donum istud super altare dominicale cum uno libro obtulerunt, et Adelledis, uxor Ilgoti Bocelli, dedit nobis in eadem censiva III denarios, et dimisit contentionem quam faciebat in decima de Capella-Huet. Hoc concesserunt tres filii ejus, id est Ilgotus, Joscelinus, Gosfridus. Hoc viderunt et audierunt isti: domnus abbas G. . . . . totusque conventus; de aliis: Remelinus, Frodo Lisoii, Reinaldus de Maugue, Goffridus de Haut et Archembaudus frater ejus, Hugo Bouteillier, Hugo de Ospicio, Obleier, Dabre et multi alii. Hoc fecit Aalez pro Bucardo filio suo quem monacum fecimus.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXI *v°*, n° 860.

DLXXXIX.

DE BALNEOLIS.

Avant 1188.

Bosier de Chaillou nous avait donné sa terre de Baigneaux. Après sa mort ses fils la revendiquèrent quelque temps, mais se désistèrent et reçurent, eux et tous les membres de la famille, différentes sommes d'argent.

Quum veritas non solum corde credenda est, verum et

sancti Martini estivalis ; ipse vero antea nobis dederat in eadem censiva VII denarios pro anima filie sue Ameline. Hoc concesserunt Dionisia uxor ejus et Philippus filius ejus, qui in capitulo dimisit contentionem quam nobis inferebat in via que est Viledan et in vinealibus que sunt Villechaten. Hoc viderunt et audierunt isti : domnus abbas G. et omnes fratres qui aderant ; de aliis : Richardus presbiter Sancti-Sulpicii, Buchardus Corellus, Hugo de Nunleio, Matheus et Guillelmus, Raimbaldus prepositus de Ulseto, Renaldus Ai ; quidam miles qui in capitulo dimisit contentionem quam faciebat in duobus sextariis terre, quos nobis dederat quedam femina ad obitum suum, nomine Boscheria.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. II^{c}LXXI, n° 858.

DLXXXVII.

DE TERRA VILIBOTIS.

Avant 1188.

Pierre de Pray donne une terre de dix sextiers à la profession religieuse de son fils.

Petrus de Perreio, quando Buchardum filium ejus in monacatu recepimus, dedit nobis terram decem sextariorum que terre Vilibotis est contigua, et donum istud super altare cum regula dominicale obtulit. Hoc viderunt et audierunt isti : Lucas prior et omnis conventus ; de aliis : Paganus Galachi, Renaldus Cherot, Ricardus armiger Petri Bernart, Marra ejus filius, filius Salomonis Fracte vallis.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. II^{c}LXXI v^{o}, n° 859.

DLXXXV.

DONUM BARTHOLOMEI DE BURRESSART.

Avant 1188.

Barthélemy de Burressart donne à la Trinité 2 sous 7 deniers de cens.

In fevo Johannis Rubilati dedit nobis Bartholomeus de Burressart II solidos et VII denarios census, et relevamenta et dominicatum censive illius. Hoc concessit Guillelmus de Marulleio nepos ejus. Hoc viderunt et audierunt isti : Johannes Rubilatus, Guillermus et Gofridus filii ejus, Hugo de Marcheill, Bucardus de Villa-Trun, Frodo Lisoii, Guibertus et Berardus fratres, Philippus de Male Vove, Hugo de Polinis, Guillermus Jote, Dabre, Roillo, Obleier et domnus abbas G. totusque conventus.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXI, n° 857.

DLXXXVI.

DONUM BURCHARDI DE MALE VOVE.

Avant 1188.

Bouchard de Mauvove se fit moine et donna à l'abbaye le cens et l'obole en plus des sept deniers de cens qu'il avait donnés à la mort de sa fille Ameline.

Bucardus de Male-Vove, qui venit ad monachatum, dedit nobis census et obolum annuatim reddendos in festo

DLXXXIV.

DE PRATIS DE FONTE BOILLANT.

Avant 1188.

Ardouin de Villeporcher reconnaît avec serment avoir élevé des prétentions injustes sur les prés de Fontaine-Bouillant, les terres de Villemalain, etc.

Litterali memorie commendamus quod Ardoinus de Villa-Porcherii dimisit Deo et abbatie Vindocinensi quamdam contentionem et calumpniam quam injuste inferebat in pratis de Fonte-Boillant, et in terra de Villa-Malein, et in bosco qui terre illi continuatur. Possessiones vero illas longo tempore habuimus et tenuimus de hereditate et helemosina deffuncti Essartier. Hoc enim sui juris dicebat esse ex parte conjugis sue. Tandem vero Ardoinus, Dei timore compungtus, injusticiam suam cognoscens, ipse et Aois uxor ejus, Vindocini venientes, de hoc quod se perperam egisse contra Deum et abbaciam Vindocinensem recognoverunt, Deoque et abbati G. satisfecerunt, promiserunt se et super altare dominicale, super sanctum evangelium, proprio ore et manu juraverunt, in pratis de Fonte-Boillant, et in terra de Villa-Malein, et in bosco predicto, per se nec per alios nil amplius reclamaturos, et tamen si aliquid juris in predictis habebant, totum Deo et ecclesie Vindocinensi dederunt et omnino dimiserunt; et ideo habuit Ardoinus xx solidos de caritate, et Aois uxor ejus; et hoc viderunt et audierunt isti : domnus abbas G. et omnis conventus; de aliis : Matheus de Baumeio, Archembaldus de Haut, Guillelmus Chote, Obleier, Roillon, Hugo hospitalis, Petrus pretor de Columbariis.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcLXXI, n° 856.

dus forestarius, Johannes de Danzei, qui portaverunt et fixerunt metas, Andreas caprarius, Andreas vacarius et multi plures.

Sources. Mss. Phillipps, 25058, f. 189 et 290 *v°*. « Ex tabulario Vindocinensi, f. IIᶜL *v°*. » — Mss. 12700, f. 244. 276 *v°* et 280. — Mss. 13820, f. 331 *v°*. « Ex quodam registro papyraceo, f. 335. — Hæc historia iterum transcripta in alio veterissimo codice legitur. »

DLXXXIII.

DE FURNO DE COLUMBARIIS.

Avant 1188.

Garnier de la Geneste donne aux moines de la Trinité le quart du four de Coulommiers qu'il avait construit à l'encontre de leurs droits.

Ego Lucas, Dei gratia abbas Vindocinensis, et capitulum nostrum notificamus universis ad quos littere iste pervenerint quod cum inter nos et Goffridum Trichors et Matheum fratres, diutina contentio versaretur super terram de Monte-Revelli, datam nobis in elemosinam a Goffrido Tromer recepto in monachum, tandem pacem nobiscum facientes, prescriptam terram ecclesie nostre in perpetuam elemosinam dederunt et concesserunt, et super altare dominicum obtulerunt. Nos autem, pro ista pace tenenda, damus memorato Goffrido sextam ecclesiarum nostrarum quæ in Vindocinensi pago vacare contigerint, et interim decem solidos Andegavensis monete de annua pensione eidem concedimus, in festivitate Omnium Sanctorum annuatim reddendos. Testes sunt: Goffridus prior Vindocinensis, Gaudricus abbas Sancti-Georgii de Nemore, Fulcho decanus Vindocinensis, Andreas prior Sancti-

de la forest de Gastines à l'abbaye de Gastines. En 1227, au mois de février, Jean, seigneur d'Amboise, donnait au même monastère le droit d'usage au lieu appelé la touche de la Borde. » Mss. latin 5419, f. 173.

Petri, Giraudus de Chuchereio presbiter, Goffridus bajulus abbatis et plures alii, Hugo Torel de Danzeio, Giraudus de Columbariis, Albinus matricularius Beati-Georgii Vindocinensis, Torpinus de Villa-Hardrei. Anno ab incarnatione Domini MCLXXXV[1].

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXVII, nº 885. — Mss. 12700, f. 250.

DCXIV.

LITTERA CELESTINI PAPÆ III.

6 juillet 1196.

Le pape Célestin confirme l'accord survenu, par l'intermédiaire des arbitres, entre l'évêque d'Orléans et l'abbé de Vendôme.

Celestinus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et fidelibus cenobii Vindocinensis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Cum autem inter vos et venerabilem fratrem H. Aurelianensem episcopum, super procurationem quam idem episcopus a vestra ecclesia Sancti-Sepulchri de Balgenciaco exhibebat, controversia suborta fuisset, nos eam tandem dilectis filiis nostris G. Majoris-Monasterii, et Phil.

1. Cette date est probablement incomplète. Girard étant mort en 1188, Lucas, son successeur, ne pouvait figurer dans une charte datée de 1185. D'ailleurs, preuve convaincante, Gaudricus, abbé de Saint-Georges-des-Bois, qui est ici comme témoin, succéda à Brice qui était encore abbé en 1187. Il faut donc de toute nécessité reculer cette date jusqu'en 1195, le copiste aura oublié un x dans la date, de là la confusion. De plus, Geoffroy, prieur de l'abbaye, n'était qu'aumônier en 1190.

Sancti-Juliani Turonensis, et Yl. Burguliensis abbatibus, fini commisimus debito terminandam; cumque in eorum præsentia fuisset diutius disceptatum, mediantibus tandem viris discretis et utrique parti amicis, inter vos et episcopum, suo et commisse sibi ecclesie nomine, amicabilis composicio intervenit, ne in eadem causa per aliquorum malitiam in contentionis scrupulum denuo reducatur, compositionem illam, prout inter vos provide ac sine pravitate facta est et recepta, et scriptis authenticis ipsius episcopi et capituli sui et prescriptorum judicum continetur expressum, authoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani, secundo nonas julii, pontificatus nostri anno quinto.

Sources. Mss. Phillipps, n° 4264, fol. 42. — Mss. 273 de Vendôme, f. xix, avec cette note *Vidi*, qui prouve l'existence de l'original aux archives de la Trinité. Voir plus haut les n^{os} dcviii et dcix.

DCXV.

1196.

Philippe de Montoire et sa sœur Lucie donnent à la Trinité 5 sous qu'ils percevaient sur la terre de Perrigny.

Sciant presentes et posteri quod Philippus de Monteaureo et Lucia, soror ejus, dederunt et concesserunt in elemosinam abbatie Sancte-Trinitatis Vindocinensis, pro anima Milesendis matris sue, de assensu Hugonis de

Chavernai mariti ejus, v solidos de servitio quos habebant super terram Joannis de Parrineio, in relevamentis et reementionibus[1], et cum omnibus aliis consuetudinibus quas ibi habebant, et hoc dederunt memorate abbacie, quiete et integre, sine redebito aliquo, in perpetuum possidendum. Hoc quidem donum obtulerunt prefati Philippus, Lucia et Hugo, super altare dominicum. Illi vero quinque solidi reddendi sunt annuatim in abbacia Sancte-Trinitatis Vindocinensis, in decollatione sancti Johannis Baptiste. Testes sunt: Hugo de Chavernai, Philippus Lancelini, Borgon de Chavernai, Petrus de Frouilla, Herbertus de Vilerbeton, Arraudus Mala-Terra, Hugo de Rupeforti, Sevinus frater ejus, Joannes de Lavardino, Goffridus de Pereio, Goffridus de Plassicio, Bartholomeus et Gervasius fratres ejus, Orricus Tensoier, Robertus de Sancto-Cirico, Aucherus presbiter de Perrineio, Willelmus capellanus de Villa-Romeen, Ernobertus clericus. Auctum est hoc in ecclesia Sancte-Trinitatis Vindocinensis, anno gratie MCLXXXXVI.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. II^{c}LXXVI, n° 886. — Baluze, 47, f. 264. — Decamps, 103, f. 160.

DCXVI.

DE NEMORE ET TERRA QUAM DEDIT NOBIS GUILLELMUS DE VILLERIIS APUD VILLAM CHATEN.

1197.

Guillaume de Villiers donne sa terre et son bois de Villechatain.

Sciant omnes qui presentes litteras legerint vel audie-

1. *Remeemptionibus.*

rint quod Guillelmus de Villeriis, pro salute anime sue parentumque suorum, dedit et concessit abbacie Vindocinensi, in perpetuam eleemosinam, omne nemus et omnem terram quam habebat apud Villam Chatein, ab omni debito et consuetudine liberam et quietam. Nos vero, in recompensacione istius beneficii, ipsum in cimiterio nostro intumulavimus. Testes sunt : Petrus presbiter Beate-Marie, Hersendis soror ejusdem Guillelmi qui hoc concessit, Richardus maritus ejus, Herveus de Saltrino, Adan Bescot, Robertus prior, et omnis conventus. Auctum est hoc in ecclesia Sancte-Trinitatis Vindocinensis, anno verbi MCCXCVII.

Source. Mss. Phillipps, n° 2971, f. IIᶜLXXVIII, n° 888.

DCXVII.

LITTERA INNOCENTII III DE BALGENTIACO.

1198.

Innocent III approuve la transaction conclue avec l'évêque d'Orléans au sujet de la procuration de Beaugency.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Lucæ abbati et conventui Vindocinensi, salutem et apostolicam benedictionem. Quum causarum litigia, mediante concordia vel judicio terminantur, ne iterato suscipiant recidivam, eorum concordia vel judicium apostolico debent presidio roborari. Ea propter, dilecti in Domino filii, volentes indemnitati vestræ, quantum cum Deo possumus, præcavere, transactionem que inter vos ac pie recordationis H. Aurelianensis episcopi, super procura-

tione annua quam idem episcopus in prioratu de Balgenciaco postulabat, post varias disceptationes amicabiliter intercessit, sicut sine pravitate facta et ab utraque parte recepta, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum... pontificatus nostri anno primo.

Sources. Copie en parchemin aux archives du Loiret. — Mss. 273 de Vendôme, f. x, t.

DCXVIII.

DE OFFICIO HELEMOSINARII.

1199

Luc, abbé de Vendôme, affecte plusieurs biens à l'office d'aumônier de l'abbaye; le jour de son anniversaire les religieux malades mangeront de la viande et les valides du poisson, comme à celui de l'abbé Geoffroy.

Pater[2] Lucas, humilis abbas Vindocinensis, omnibus qui hoc presens scriptum legerint vel audierint, salutem in eo qui salutis est auctor universe. Inspiravit nobis misericordia superni judicis, ut de bonis que Dominus noster in sua pietate et gratia nobis temporibus nostris contulit,

1. *Frater.*

partem aliquam ad utilitatem domus elemosine conferemus. Cum enim domus ipsius administrationem per dies plurimos habuissemus, bona ejus forsitan aliqua in usibus alienis expendimus, non in pauperum nobis commissorum, sicut decuit, necessitatibus. Dante igitur Domino, bonorum omnium creatore et largitore, ordinamus et ordinando statuimus ut helemosinarius Vindocinensis habeat quiete et possideat omnes acquisitiones nostras que sunt apud Treet, scilicet quecumque habuimus de Hugone Escorche et Erenburgi uxore sua, et quidquid similiter habuimus de Johanne de Treet milite, recepto in monacum nostrum, et ea quoque que habuimus de possessionibus Herberti qui non dormit, per manum magistri Willelmi Burgaudi, eidem helemosinario et pauperibus sibi commissis, in perpetuum profutura, eo tamen caritatis tenore per singulos annos, in die anniversarii nostri, infirmis fratribus de carne, et sanis de piscibus sufficienter et sollempniter serviat, sicut servitur in anniversario domni Goffridi abbatis, pro loco et tempore quo evocatio nostra et anniversarium nostrum evenient. Hanc igitur ordinacionem Dei potius quam nostram, ab universis fratribus nostris concessam pariter et collaudatam, omni tempore tenendam et observandam firmiter et in virtute obediencie precipimus, auctoritate et potestate nobis commissa, sub pena etiam excommunicationis, constanter inhibentes ne quis eandem ordinacionem quassare aut violare presumat. Qui vero hujus nostre constitutionis conservator extiterit, ipse omni benedictione benedicatur, et in presenti seculo feliciter vivat, et in futuro beata immortalitate fruatur, amen. Actum est Vindocini anno domini MCIC.

Source. Mss. 161 de la bibliothèque de Vendôme, f. 87 v^{o}.

DCXIX.

LITTERA CUNCTI REDDITUS CUM CONSUETUDINE NEMORUM OMNIUM AD CALEFACIENDUM, PRO PRIORE DE CASTRIS.

1199.

André d'Alluye, seigneur de Chateau, donne aux moines de Vendôme plusieurs rentes et le bois mort dans sa forêt, etc.

Noverint omnes qui presentes litteras legerint vel audierint quod ego Andreas de Aleia, dominus Castellorum, pro remedio anime mee parentumque meorum, et amicorum salute, recognosco jura sua monachis Vindocinensibus, qui sunt et manent in terra mea, et reddo eis et commito quatuor solidos habendos in perpetuum abbatie Vindocinensi, in teneura Philippi Loremer, de quinque solidis quos inde habebam, pro IIII solidis quos in stagno de Coismis habere solebant. Preterea reddo monachis Vindocinensibus et volo quod habeant usum et calefacturam perpetuam in omnibus nemoribus meis de Castello, in nemore scilicet mortuo, ita quod forestarii et servientes mei proinde monachos vel servientes eorum disturbare non possint nec debeant, nec ab eis inde aliquid extorquere vel servitium exigere. Insuper dimitto monachis et reddo vineam quamdam que fuit Durandi de Calciata. Presertim concedo monachis Vindocinensibus quod si forte conquerant de decima de Naalea, ego faciam eis plenam in curia mea inde justiciam exhiberi. Monachi vero pro hujus recompensatione beneficii et dilectione quam erga me habent, faciunt mihi unum monachum, Andream scilicet Charrete. Huic pactioni mee et concessioni interfuerunt : domnus Lucas abbas Vindocinensis, Aigulfus ostiarius,

Goffridus elemosinarius Vindocinensis, Raginaldus prior de Castellis[2], Johannes Grosbec prior Sancti-Ypoliti, Hardoinus de Carcere, Martinus Cenomanensis, Goffridus de Poncaio, monachi, Symon de Chenuz presbiter, Reigbaut presbiter de Castellis, domna Emma de Vitreio, Johannes de Aleia frater meus, Elinandus de Parrineio,

1. Nous avons quelques noms des prieurs de Notre-Dame de Château-la-Vallière dans les xv^e^ et xvi^e^ siècles.

Le 10 juillet 1464 intervenait une sentence arbitrale entre Guillaume Guillemet, prieur, et Regnault, curé, sur les oblations de la chapelle de Vaujoux : « Dicimus quod oblaciones predicte capelle de Vaujous pertinent priori de Castellis et non rectori ;... sed tamen si contigerit quod rector celebret sponsalia in dicta capella, ipse habebit jura... Item sacrista seu prior mediatim percipient nummos paschales et albos, tam in ecclesia de Castellis quam in capella de Vaujou... rector habebit pannos positos super corpora mortuorum... percipient mediatim luminaria mortuorum... Prior tenetur singulis annis rectori in summan sex sextariorum frumenti, quinque siliginis, cum missa... offertoria baptisterii percipiet rector. »

Barthélemy Pousset, prieur (1465-1477), donna le prieuré à ferme à Guillaume de Palme, curé de Villedieu en 1467 ; il scella son acte d'un sceau écartelé au 1^er^ et 4^e^ portant six petites croix rangées 3, 3 et au milieu un croissant de lune, et au 2^e^ et au 3^e^ portant une croix ancrée.

André d'Averton, prêtre, licencié en droit, chanoine prébendé et chancelier de l'église de Tours, doyen de Laval, prieur commendataire (1495-1531), fils de Jean d'Averton, écuyer, et de Marguerite de Laval, donna, en 1531, avec l'approbation d'Antoine de Crevant « tituli Sancte-Prisce in monte Aventino presbyter cardinalis, sacre theologie professor, humilis abbas Sancte-Trinitatis » une grange près de l'église, et au maître d'escolles, une maison et jardin, où sont à présent tenues les escolles, et au curé une maison, à charge d'une messe chantée tous les samedis, pour lui et ses parents.

En 1524, les recettes du prieuré s'élevaient à 1035 livres, 19 sols, 7 deniers tournois, 338 sextiers 3 boisseaux de froment et 144 sextiers 8 boisseaux et demi de seigle. Vers 1790, le prieuré était évalué à 1800 livres et la sacriste auquel était annexé le prieuré de Villiers-Aubouin, 580 livres. Le domaine s'étendait sur les paroisses de Couesmes, Saint-Symphorien-les-Pourceaux, Bréhémont, Maigné le Vicomte, Noyant, Courcelles et Broc.

Radulfus Mieta, Robin pictor, Davi pictor, Gaufridus Bordeil, Hugo Pagani, Abraham judeus, Willelmus Dosdemal, Willelmus Boceemut, Odo de Alneto, Hugo Tortus, Adam Camus, Johannes Bigot, et plures alii. Auctum est hoc apud Castellum, anno domini MCXC nono.

Sources. Archives de Loir-et-Cher, original en parchemin, sceau perdu. — Mss. 5419, f. 34. Gaignières indique le sceau dont l'écu était chargé d'un lion debout tourné à droite. — D. Villevieille, *Trésor généalogique*. — Mss. 13820, f. 292. — Mss. 12700, f. 293.

DCXX.

DE ODONE FRESLON.

1199.

Eudes Freslon fait remise à l'aumônier de tout ce que celui-ci lui devait, avec réserve toutefois d'un secours de cinq sols, à lui et à son fils aîné, quand ils seraient faits prisonniers dans la guerre de leur suzerain, quand son fils aîné serait fait chevalier, et sa fille aînée mariée.

Sciant omnes qui presentes litteras legerint vel audirent quod eleemosinarius Sancte-Trinitatis Vindocinensis debet domino Odoni Freslon quinque solidos Andecavensis monetæ de servitio annuatim sibi reddendos, vel heredi suo, super terris quas Hugo Eschorche et Eremburges uxor sua, facti monachi Vindocinenses, in perpetuam eleemosinam abbatie Sancte-Trinitatis dederunt, et super alia terra que fuit magistri Guillermi Burgaut, similiter reddit et sex nummos de servitio elemosinarius. Fuit autem hoc in pacto positum quod si forte de guerra domini sui legii memo-

ratus Odo, vel heres suus, caperentur, ipse Odo semel, et heres suus primogenitus semel in vita sua, v solidos de auxilio habebunt; quando siquidem primogenitus filius ejus fiet miles, quinque solidos similiter habebit, et primogenita filia ejus v solidos semel habebit quando primo maritabitur ; elemosinarius vero, prescriptas consuetudines reddendo, terras illas quiette et pacifice possedebit. Ego quidem Lucas abbas Vindocinensis, ad preces et instantiam dicti O. militis et Wulielmi primogeniti filii sui, portionem istam litteris mandari feci et sigilli nostri[1] roborari firmamento. Factum equidem est hoc apud Vindocinum, de concensu et voluntate pretaxati Odonis militis, et Wuillermi primogeniti filii ejus, anno Domini MCXCIX.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcIIIIxx *v°*, n° 900. — Mss. 17049, f. 729.

DCXXI.

DE CENSIBUS DE VILLATRUN.

Vers 1200.

Sommes dues à la Trinité dans la censive de Villetrun.

Istos census et istam tailliam habemus annuatim, dominica in medio XLae, apud Villam Trun[2], scilicet: Maliver debet VI denarios censuales; Andreas Gauchart, VI denarios;

1. Nous ne connaissons aucun exemplaire du sceau de l'abbé Lucas.

2. Le 2 janvier 1475, Michel Fleury, seigneur de Villetrun, reconnut devoir 22 boisseaux de froment à l'office d'infirmier. (Mss. 273, f. 202.)

Petrus Noiler, VI denarios; et debent nobis vindemiatorem. Preterea, ipsi debent nobis annuatim, in festo sancti Remigii, tailliatam, scilicet: Maliver, V solidos; André Gauchart, V solidos; Herveus Leschacier, V solidos; Petrus Noiler, III solidos. Preterea, dominica in medio XL^ne^, debet nobis annuatim Simon Blanchart, III denarios census; Robertus Rubeche, IIII denarios et obolum; Robinus Gratemet, II denarios; Robinus Torquentin et familia defuncti Chapuiseau, III denarios et obolum; et totum territorium est ad vendas et relevamenta.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. II^c^LXXII, n° 863.

DCXXII.

DE DECIMA DE CAMPINIOLA.

Vers 1200.

Guillaume de la Poterne reconnaît les droits des religieux sur la dîme de Champigneul.

Quoniam solidius subsistit quod scripti auctoritate subnixum fuerit, ideo presentibus et futuris litteris intimamus, quod Guillelmus de Posterna quamdam decimam quam apud Campaniolam habemus, nobis calumpniabatur injuste. Unde vocatus fuit ad communicandum. Postea vero, Dei timore compunctus, et excommunicationem timens, et injusticiam suam intelligens, jus nostrum recognovit, ipsamque calumniam omnino dimisit. Si vero aliquid in predicta decima habebat, nobis monachis Vindocinensibus in elemosinam dedit. Hoc concesserunt Deliata (*sic*) uxor Guillelmi de Posterna, et filii ejus, Robertus

primogenitus, Johannes, Guillermus, Rainaldus, et filie ipsius Haois et Maria. Hoc pactum factum est et confirmatum in domo Guillermi de Posterna. Quod viderunt et audierunt isti, de parte nostra : Bartholomeus monachus, Carbonellus monachus; de famulis : Sirot, Robertus de Villa-Dei, Obleier, Dabre, Hugo de Hospitali, Petrus Boucin: de alia parte : ipse Guillermus de Posterna et uxor et filii et filie ipsius, et omnis familia domus utriusque sexus et ætatis, et quidam miles Petrus de Pereio.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXII *v°*, n° 866.

DCXXIII.

NOTICIA DE QUADAM TERRA QUAM RAINALDUS DE BINAIIS DEDIT NOBIS IN ELEMOSINAM, APUD BUSSELLUM, QUE GRATECHEIN DICITUR.

Vers 1200.

Renaud de Binas nous donne sa terre de Gratechien, près Boisseau, pour 50 sous angevins.

Quoniam volubilia sunt tempora et vanitati cuncta subjacent temporalia, ne per hoc a posterorum memoria fugiat oblivione, nos monachi Vindocinenses, litteris alligare curavimus quod Rainaldus de Binaiis, in presentia venerabilis Rainaldi episcopi Carnotensis, dedit nobis in elemosinam terram quam habebat apud Busellum, que Gratechen dicitur, penes crucem Buxatam ejusdem ville, ita tamen quod quingentos solidos Andegavensis monete primum eidem caritate contulimus. Sane, ad petitionem predicti R. de Binaiis, hujus terre donum fecit et con-

cessit nobis, apud Marchesniacum, Hilgotus de Malcheron, de cujus feodo ipsa terra descendebat. Testis est inde ipse Hilgotus, Godefridus Gratier, Robertus de Audreia, Andreas de Credonio, Garinus d'Oseio, Erchembaudus frater predicti R. et alii. Similiter Odo frater prefati R. apud Vindocinum, in capella Sancti Benedicti, toto conventu coram posito, hoc donum fecit, et pro signo concessionis uterque, R. scilicet et O., librum super altare posuit; postea vero H., nepos Rainaldi et Odonis fratrum, ad quem terra sepedicta, istis sine heredibus morientibus, jure hereditario succedebat, apud Carnotum fecit, coram domino Carnotensi, hoc donum, et se firmiter promisit servaturum.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. II^{c}LXXIIII v^{o}, n° 876.

DCXXIV.

CONCORDIA ABBATIS GIRARDI COM GOFFRIDO DE PIRETO, DE DECIMA DE MORULLES.

1188-1200.

Geoffroy du Poirier abandonne une dîme donnée par son père.

Quoniam volubilia sunt curricula temporum et labilis est memoria hominum, litteris commendare curavimus quod G. de Pireto diucius contentiose egit adversus Vindocinensem ecclesiam pro decima terre de Morules, et primitiis eidem terre pertinentibus. Tandem divina preeunte gratia, prudentium virorum usus consilio, in capitulo Vindocinensi veniens, contentionem et calumpniam quam faciebat injustam esse recognovit, et cum

libro pie memorie domni Girardi abbatis[1] investiendo, decimas et primicias, sicut pater ejus vivens ante dederat, predicte ecclesie perpetuo possidendas reliquit. Ipse autem prefatus Goffridus, volens calumpniam ex toto irritam apparere, pro primiciis, de quibus in præterito anno tria vellera et unum agnum male sumpserat, pro restauratione, XII denarios, vidente capitulo et multis qui aderant, in manu abbatis reddidit, et pro VII garbis quas scilicet sumpserat, I sextarium frumenti se in biennium redditurum spopondit. Preterea, fide data ibidem in manu Roberti Vindocinensis decani, fideliter firmiterque concessit quod de hac querela ulterius calumpniam non moveret, et si quis deinceps vellet movere, ipse adjutor et protector ecclesie in omnibus existeret. Testes sunt, præter totum capitulum : Paganus Galechi, Odo, Salomon, Guillelmus de Reneio, Petrus de Firmitate, Robertus decanus, Gaudricus prior Sancti-Leobini, Petrus Vitalis, Haumericus et Robertus de Sancto-Beato, Amanguinus, Rainaldus Ogerii, Hugo Halope, Obleier, Brisepau, Gauterius, Mauves, Huetus de Sartrino, Guillemlus d'Hulseto et alii.

SOURCES. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXV, nº 877. — Decamps, 103, f. 159 *v°*.

DCXXV.

NOTICIA BUCHARDI COMITIS VINDOCINENSIS DE TERRIS, CENSIVIS ET ALIIS QUE DEDIT NOBIS AD CORTOZEIUM.

1188-1200

Bouchard de Lavardin, comte de Vendôme, donne tout ce qu'il

1. Cette charte a donc été rédigée après la mort de l'abbé Girard.

avait entre la rivière de Boulon et l'Aleu, pour l'anniversaire de son fils Jean.

Ego[1] Burchardus de Lavardino, comes Vindocinensis, notum facio omnibus ad quos littere iste pervenerint quod pro salute anime mee et antecessorum meorum et pro anniversario Johannis fili mei annuatim celebrando, dono et concedo abbatie Sancte-Trinitatis Vindocinensis, in perpetuam eleemosinam, terras, census, terragia, relevaciones et omnia que habebam intra Bolum fluvium et feiscum que appellatur Alodium; et hec omnia dono quiete et ab omni consuetudine libera et absoluta; ad istius vero eleemosine firmamentum obtuli donum meum super altare dominicum Sanctæ-Trinitatis. Ut igitur hec eleemosina recta et stabilis servetur, precepi eam mandari litteris, et sigilli mei testimonio roborari. Testes sunt isti : Gaudricus abbas Sancti-Georgii de Nemore, Garinus presbiter Sancti-Martini, Petrus Vitalis, presbiter Sanctæ-Mariæ, Gillebertus capellanus Lazarorum, Huetus de Casa, clericus; de militibus : Patricius de Chaulciis, Johannes Roille, Gauffridus de Gravia, Villelmus Rufus, Robertus de Sancto-Cirico, Herbertus de Tusseio, Fulgo de Rua Vasselorum ; de laicis : Hugo dictus Maugue, Giraudus de Colomeriis, Halope, Herveus de Saltrino, Gauffridus Curtus, Girardus Nicholai, Tebaudus Thome.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIᶜLXXVI *v°*, n° 887. —

1. Bouchard, comte de Vendôme, affranchissait pour toujours de toutes servitudes un bourgeois de Vendôme en faveur des religieux de Fontaines-les-Blanches : « Ego Burchardus comes Vindocinensis... dedi... unum de burgensibus meis Vindocini liberum et quietum ab omni exactione sæculari et ab omni consuetudine liberum... quem primum Herbertum... fratrem Peregrini... Testibus : Raginaldo de Insula, Willelmo Capa-Asini,... MCLXXXXVII. » (Housseau, n° 2097.)

Mss. 17049, f. 728. — Decamps, 103, f. 160. — Housseau, 10860; « Ex cartulario Abbatiæ Vindocinensi ordinis S. Benedicti », f. 277 *v°*. — Mss. 12700, f. 250. — Mss. 13820, f. 341 « Ex codice papyraceo recenter conscripto. »

DCXXVI.

DE TRIBUS DENARIIS QUOS DEDERUNT ABBACIE VINDOCINENSI ODO ET HODEARDIS APUD VILLERFAULT.

1188-1200.

Eudes de Vendôme et sa femme Hildearde donnent trois deniers de cens à Villierfaux.

Odo de Vindocino et Hildeardis uxor ejus dederunt abbacie Vindocinensi in elemosinam tres denarios censuales apud Villersfaut, super terra quam Bovardus tenet, in Assumptione beate Marie reddendos, cum reemptionibus et relevamento et venditis. Hoc viderunt et audierunt : Roce nepos ejusdem Hildeardis, Teelin de Nemore, Bovart, Guillelmus Ostelier, Adan Estenge, Guillelmus de Hulseto et plures alii.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. II^{c}LXXVIII, n° 889.

DCXXVII.

DE ACQUISITIONIBUS DE TREET.

1188-1200.

Jean de Treet, chevalier, donne à la Trinité la dîme et l'église de Treet.

Noverint omnes presentes litteras inspecturi quod cum

Johannes de Treet miles recepit in abbacia Vindocinensi monachilem habitum, dedit in perpetuam elemosinam eidem abbacie omnem decimam quam habebat apud Treet, de concessu filii sui Willelmi, et Enmiote uxoris sue, et Aalet primogenite filie sue, et Agnetis ultime. Dedit preterea abbatie Vindocinensi donum de ecclesia de Treet, quod ad se pertinere asserebat. Hoc viderunt et audierunt : Lucas abbas Vindocinensis, Bartholomeus prior Ville-Dei, Johannes presbiter de Villa-Dei, Goffridus eleemosinarius Vindocinensis, Josbertus monachus, Haimericus de Villa-Dei, Ysenbart, Gislebertus frater ejusdem Johannis, Garinus dominus de Rulleio, de cujus feodo omnis ista elemosina est, Philippus de Sancto-Georgio, presbiter de Rulleio, Girardus de Tuscha, Fulcherius de Alba-Mare, Raginaldus Moner, et plures alii.

Sources. Mss. Philipps, 2971, f. IIᶜLXXVIII n° 890. — Mss. 12700, f. 250 *v°* « ad annum 1185 ».

DCXXVIII.

DE DUOBUS ARPENNIS PRATI QUOS EMIT GOFFRIDUS ELEEMOSINARIUS APUD TREET.

1188-1200.

Geoffroy, aumônier de l'abbaye, achète deux arpens de pré à Trehet.

Noverint omnes qui presentes litteras legerint vel audierint quod Goffridus elemosinarius Vindocinensis emit duos arpennos pratorum de Martino Drusol, qui sunt apud Treet, de assensu uxoris sue et omnium filiorum suorum et filiarum. Hoc viderunt et audierunt : domnus Lucas

abbas Vindocinensis, Bartholomeus prior de Villa-Dei, Johannes presbiter de Villa-Dei, Haimericus de Villa-Dei, Willelmus filius Johannis de Treet, Enmiota mater ejus, Raginaldus Moner, et plures alii. Hoc concessit et voluit dominus Johannes de Treet de cujus feodo prata illa fuerunt, et Willelmus primogenitus filius ejus, et Enmiota sua uxor.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIc LXXVIII *v°*, n° 891.

DCXXIX.

DE DECIMA QUAM DEDERUNT PETRUS PAPELLON ET AUBIA, APUD SANCTUM FIRMINUM, PRO PHILIPPO RECEPTO IN MONACHUM.

1188-1200.

L'abbé Lucas ayant reçu comme moine Philippe, neveu de Pierre Papillon, la mère et les frères de celui-ci donnent à l'abbaye une dîme à Saint-Firmin.

Notum sit omnibus qui presens scriptum legerint quod Lucas abbas Vindocinensis et conventus, ad preces et admonitionem Petri Papelon, receperunt Philippum nepotem ejus in monachum nostrum, et idem Petrus et Aubia mater ipsius Philippi, et Symon, primogenitus frater ejus, et alii dederunt, cum eodem Philippo, in perpetuam elemosinam abbacie Vindocinensi, quamdam decimam quam habebant apud Sanctum-Firminum[1], et ipsi hoc donum

1. L'abbaye possédait à Saint-Firmin-des-Prés 17 quartiers de prés dits les grands prés de Réveillon, dont une partie avait été achetée en 1392 par Pierre, abbé, de Hugues du Bellay, chevalier, et d'Isabelle, sa femme, fille de Guillaume de Montigny, écuyer,

fecerunt super altare dominicum, audientibus et videntibus istis : eodem Petro Papelon, Perruchel filio ipsius, et Pagano thesaurario, Guarino decano Vindocinensi, Petro Vitali, Fulcone Aguiler, Forreio, Matheo portario, Davi, Teobaudo de Saltrino, Halope, et pluribus aliis.

Source. Mss. Philipps, 2971, f. IIcLXXVII v^o, n° 892.

à la suite de la réparation de la levée de l'étang de Réveillon. Catherine de Vendôme, comtesse de la Manche et de Vendôme, se trouvant aussi lésée par cette réparation et la construction d'un moulin, s'était vengée en brisant une écluse au-dessus du moulin de la Chape et en s'emparant de la justice à Houssay, Prunay et Monthodon ; la paix se fit par de mutuelles concessions le 18 septembre 1396. Les prés étaient affermés pour 400 livres en 1782 ; 4 autres quartiers abutant à M. de la Noue de Giraudeau furent affermés à Jean de la Borde pour 39 livres en 1760.

Les dîmes et terrages, tant en blé, orge, que vin, laines, chanvres, etc., de Saint-Firmin et Haye-de-Champ, et en deçà du Loir, vers la Roche, Lisle, Belle-Vallée et Moncé, furent affermés le 17 juillet 1787 à René de Phelines, capitaine au corps royal du génie, chevalier de Saint-Lazare, demeurant à Haye-de-Champ, pour 300 livres et 200 fagots de paille, et différentes redevances aux prieurs de Saint-Firmin, de Lisle, de Saint-Lubin de Vendôme, au curé du Rouilly et aux religieuses de Moncé ; mais il rétrocéda son bail à René de Chabot, chevalier, seigneur de Moncé.

L'abbaye tirait de grands avantages de la rivière du Loir qui lui appartenait depuis les chaussées du moulin de Lisle jusqu'au moulin de Fosse-Darde. Elle dût les défendre contre différents compétiteurs, en 1678 contre Mre Laurent Roulleau, prieur curé de Lisle, qui alléguait un bail du 13 décembre 1349, fait par Macé du Roullin, écuyer, à Fouques Pinot, prieur de Lisle « d'une isle, scéante au Loir, si comme elle se poursuit dès le bout de la salle dudit prieuré jusques vers les prés du sire de Lisle et les moulins de Lisle, et contre Joachin de Bruet, fils de Joachin de Bruet, écuyer, seigneur de Chicheray, et ensuite contre Emmanuel de Marescot, chevalier, acquéreur de Chicheray, 1680 ; Jean Goislard, sieur de Lespau, 1681. Le prix de ferme qui était de 7 livres, en 1533 de 75 livres et un honneste plat de poissons en 1657, descendait à 40 livres payables en poissons, en 1722, et à 50 livres en 1786. Le fermier devait chaque année repeupler la rivière en y jetant 500 carpeaux, en 1648, et 1000 en 1724.

DCXXX.

DE SEX NUMMIS CENSUALIBUS QUOS PAGANUS THESAURARIUS ET AUDOISSA UXOR EJUS DEDERUNT ELEMOSINÆ.

1188-1200.

Payen, trésorier, et sa femme, font remise à l'abbaye de ce qu'elle devait à cause du moulin de Frinquembaut et de l'étang de Rincé.

Noverint omnes quod Paganus thesaurarius et Audoissa uxor ejus dederunt elemosine Sancte-Trinitatis Vindocinensis, pro redemptione animarum suarum, sex nummos censuales quos eis reddebat elemosinarius super uno pasticio quod est juxta torcular ipsius elemosinarii, apud molendinum de Friquenbaut, et illos nummos quittaverunt in perpetuum in communi capitulo. Idem etiam Paganus thesaurarius et Audoissa uxor ejus, dederunt in perpetuam elemosinam Deo et abbacie Vindocinensi VII nummos censuales quos eis prior noster de Reinceio reddebat de stagno suo ejusdem loci. Testes sunt domnus Lucas abbas Vindocinensis, in cujus manu factum fuit donum istud in communi capitulo, et in eodem capitulo concessit eis idem abbas communem participationem omnium bonorum quæ fiunt in abbatia et in omnibus membris ejus. Testes scilicet sunt: omnis conventus, et de aliis, Petrus Vitalis, presbiter Beate-Marie, Petrus Papellon miles, Symon Ferrant, Halope, Willelmus hostelerius, Willelmus de Cuperia clericus, Davi, Matheus portarius, Tebaudus de Saltrino, Radulfus de Saltrino et plures alii.

SOURCE. Mss. Philipps, 2971, f. IIᶜLXXIX *v°*, n° 896.

DCXXXI.

1188-1200.

Association de prières entre Luc, abbé de Vendôme, et Hilaire, abbé de Saint-Pierre-de-Bourgueil.

Hec est convenientia que inter abbatiam Vindocinensem, Luca existente abbate[1], et abbatiam Sancti-Petri Burgulii, Hylario abbate ejusdem ecclesie, utroque conventu assentiente, instituta et confirmata est. Videlicet ut monachi utriusque abbatie, tam nostre quam sue, de cetero fratres sint, et hanc inter se consocietatem et familiaritatem habeant, ut nostri monachi apud illos, et sui apud nos, ordinem suum in monasterio et in capitulo et in refectorio teneant, quem in suis abbatiis habuerunt, excepto quod si quis senior de nostris ad illos, vel de illis ad nos venerit, tertius vel quartus ab abbate vel a priore sedeat in capitulo. Si vero aliquis frater de nostris sive de illis iram vel discordiam cum abbate suo habuerit, qui de nobis ad illos vel de illis ad nos venerit, pro fugitivo non teneatur, donec in gratiam ecclesie sue vel abbatis, mediante abbate ad quem confugerit, reformetur, nisi forte tale sit crimen pro quo mereatur de monasterio dejici, vel consilio capituli rationabiliter excommunicatus sit. Item si discordia inter abbates et conventus duarum ecclesiarum, quod absit, oborta fuerit, ad majorem non vocent

1. L'abbé Lucas conclut un autre traité d'association avec l'abbaye de la Couture du Mans : « Hæc est convenientia que inter abbatiam Vindocinensem, Luca existente abbate, et abbatiam Sancti-Petri de Cultura, Roberto abbate ejusdem ecclesie, instituta est, etc. » *Cartulaire de Saint-Pierre de la Couture*, n° CXLVII, p. 126.

personam, donec abbates duarum ecclesiarum inter se pacem redintegrent, si fieri possit. Huc usque de vivis ; inferius hoc beneficium pro defunctis utriusque ecclesie institutum est, videlicet ut breves suorum per annum defunctorum in festivitate apostolorum Petri et Pauli singulis annis ad nos et in festivitate sancte Trinitatis, in octabis Pentecostes breves nostrorum ad illos deferantur, et in capitulo recitentur, et ab abbate vel priore absolvantur, et prima die vacante post brevium recitationem, signa pulsentur, officium defunctorum cantetur, missa in conventu sollempniter celebretur, et igenarium (?) tam in missis quam in pane et vino habeant, et fratres qui de illo igenerio (?) non cantabunt, singuli pro illis unam missam persolvent. De abbatibus autem hoc statutum est, quod cum ad alterutram ecclesiam venerit, quasi in sua unusquisque ibi omnia disponat, reos qui in judicio culpa aliqua tenentur absolvat, pueros benedictos in stallos introducat, et cetera omnia quasi in sua faciat. Promissum est etiam tam de nostris quam de suis abbatibus, quatenus in obitu eorum omnia integre habeant que in monacho professo exibenda sunt. Statutum est etiam quod ipsi festivum domine nostre Emme anniversarium, in die obitus sui qui est pridie kalendas augusti, facient. Nos autem, comitis et comitisse eorum vigilia sancti Martini hyemalis anniversarium similiter faciemus.

Source. Mss. 161, f. 161, bibliothèque de Vendôme.

DCXXXII.

Vers 1200.

Acte d'association de prières.

Innotescat presentibus et futuris quod ego Lucas, Dei

gratia Vindocinensis abbas, et universalis conventus noster concessit Radulfo..... Carnotensi, tunc priori de Breca,..... insuper unum tricennale cum pane et vino et generale pro ipso persolvemus, ille autem nobis x missas, singulis annis quamdiu vixerit, se celebraturum promisit, nos vero nomen ejus in martyrologio scribimus.

Source. Mss. de la bibliothèque de Vendôme, n° 161, f. 132.

DCXXXIII.

Après 1201.

Foulques Fulcre de la Rue-Vasseleur donne à la Trinité les droits de cens et de garde sur les vignes de la Fosse-Hudualdi.

Fulquoius Fulcre, de Rua Vasselorum, dedit Deo et abbatie Vindocinensi, in perpetuam elemosinam, quinque solidos de censibus et de custodiis, quos ei elemosinarius Sancte-Trinitatis Vindocinensis annuatim reddebat, super vineis suis que dicuntur de Fossa-Hudualdi. Hoc siquidem donum gratanter concesserunt Bartholomeus et Joscelinus milites, fratres ejusdem Fulquoii, similiter et Liseia uxor ejus et Marcus et Gotfridus filii sui, et hii omnes hoc donum obtulerunt super altare dominicum Sancte-Trinitatis, post mortem ipsius Fulquoii, in die scilicet quo ipse tumulatus est in abbatia Vindocinensi. Hoc donum viderunt et audierunt : Gaufridus de Vindocino, Gaufridus Roille, Gaufridus de Gravia, Philippus Lancelini, qui fuit gagerius ipsius F., Johannes de Posterna, Isembardus Burel, Wilelmus Marce ; de clericis : Garinus decanus Vindoci-

nensis, Villelmus presbiter de Aceio, qui fuit similiter gagerius ejus, Hugo Torel, Petrus Vitalis presbiter Sancte-Marie; de monachis : dominus Hamelinus abbas Vindocinensis[1], Herveus prior, Aigulfus hostiarus, Goffridus elemosinarius, et omnis conventus Vindocinensis; de servientibus abbacie : Willelmus hosteler, Symon Ferrant, Halope, Davi et plures alii.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcIIIIxx, nº 899.

DCXXXIV.

Après 1201.

Geoffroy Muart, voulant se faire moine, de préférence à Vendôme, donne à cette abbaye la terre de Boillant, et celle de la Fontaine de Beauvoir.

Noverint omnes qui hoc presens scriptum viderint vel

1. L'abbé Lucas avait donné sa démission en 1201 : « MCCI. In hoc anno domnus abbas Lucas, ætate fessus, ægritudine pressus, pastoralem baculum sponte dereliquit coram cunctis fatribus in capitulo, et in ipso capitulo de communi omnium voluntate statim electus fuit domnus abbas Hamelinus. » (*Chronicon Vindocinense.*) Il mourut l'année suivante, le 4 des calendes de novembre ou 29 octobre : « IV kalendas novembris, deposicio domni Luce abbatis, elemosinarius facit » (Nécrologe de la Trinité.) « Depositio domni Luce abbatis XI » (Calendrier du Bréviaire 269 de la bibl. de Vendôme) au même jour ; mais le calendrier du mss. 17 E porte cette même mention au 3 des calendes de novembre ou 30 octobre. Le *Chronicon* est plus explicite : « MCCII. Hoc anno obiit domnus Lucas, IV Calendas novembris, feria III, in die Simonis et Judæ » ; mais il y a sans doute quelque confusion ; car si en 1202, le 4 des calendes 29 octobre, arrivait bien le mardi, feria III, la fête des apôtres Simon et Jude tombait le 5 des calendes, ou lundi 28 octobre, c'est une minime erreur.

audierint, quod Gaufridus Muart, primogenitus filius Buchardi Muart, desiderio religionis accensus, monasterium Vindocinense ceteris proelegit. Ad quod, ut monachus esset, accedens, dedit in perpetuam elemosinam eidem monasterio, de assensu et voluntate Isabel matris ejus, et Agnetis, et Mahot, et Emmeline, et Isabel, sororum suarum, nec non Petri filii Johannis de Bolon, nepotis ejusdem G. consensu, terram de Bollant, sicut divisa fuit ante dominum Hamelinum, abbatem Vindocinensem, et ante dominum Andream Ropenon militem, de cujus feodo ipsa terra erat, et noam de Bollant similiter ante illos divisam et contiguam pratis ecclesie Vindocinensis. Dedit preterea terram de Fonte de Beauveer, de assensu omnium predictorum, sicut ante ipsum abbatem divisa fuit et ostensa, eidem monasterio in perpetuam possidendam. Adjiciendum est eciam premissis quod memoratus Gaufridus, heres, sicut dictum est, Buchardi Muart, concessit in perpetuum prescripto monasterio Vindocinensi, de assensu scilicet Ysabel matris ejus, et omnium sororum suarum, et Petri nepotis sui, terram de Rollois divisam et determinatam ante ipsum Hamelinum, Vindocinensem abbatem, antequam monacus esset idem Gaufridus, et proinde habuerunt de caritate sepedicti monasterii Vindocinensis octo libras prefatus Gaufredus Muart et Ysabel mater sua. Hec siquidem dona et concessiones obtulit idem Gaufridus super altare dominicum Sancte-Trinitatis, coram omni conventu, antequam monacus fieret; videntibus et audientibus istis : domno Hamelino abbate Vindocinensi, Herveo priore, Gohanno suppriore, Raginaldo cellarario, Aigulfo Hostel, Goffrido elemosinario, Garino decano Vindocinensi, Petro Vitali presbitero Beate-Marie, Andrea priore Sancti-Petri, Petrus Junen, Odone Salomonis milite, Toma Rocheri, Willelmo Rocheri, Johanne Briton,

Symon Ferrant, Matheo de Colemeriis, Halope, Willelmo hosteler cum pluribus aliis. Sciendum est preterea quod predictus Andreas Ropenon concessit prescriptam terram et noam de Bollant abbacie Vindocinensi in perpetuum immunes et liberas ab omni consuetudine, quia de feodo ejus erant, et proinde habuit de caritate monasterii Vindocinensis LX solidos, videntibus domno Gaufrido de Vindocinensi, Philippo Lancelini, Bartholomeo de Plassicio, Johanne Gueignart, Willelmo de Broc, milite, cum omnibus predictis.

SOURCE. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcIIIIxx, no 901.

DCXXXV.

Après 1201.

Joscelin Bocel vend à la Trinité le droit de procuration qu'il réclamait à la Chapelle-Anchery, un sextier de froment et le bois du Bouchet.

Sciant omnes presentes et posteri quod Joscelinus Bocel donavit Deo et ecclesie Vindocinensi procurationem annuam quam exigebat in domo nostra de Villa Ancheri, et unum sextarium frumenti quod eadem domus ei singulis annis reddebat, et propter hoc dedit eidem Joscelino domnus Hamelinus, abbas Vindocinensis, VIIIto libras de caritate ecclesie sue. Concessit preterea memoratus Joscelinus in perpetuum eidem ecclesie boschum de Boscheto quem prius Hilgotus, pater ejus, pro redemptione anime sue dederat, et perinde scilicet habuit unam marcham argenti. Has quietates et concessiones viderunt et audierunt, preter omne capitulum: Gaufridus de Vindocino,

Raginaldus de Insula, Willelmus de Sancto-Martino, Bartholomeus de Plassiaco, Philippus de Regneio, Philippus Lancelini, Petrus Vitalis, Willelmus de Cuperia clericus, Ferrant, Willelmus hostelerius, Matheus de Colemeriis, et plures alii.

Source. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcIIIIxxI *v°*, n° 902.

DCXXXVI.

DECIMA DE VILLERIIS.

Après 1201.

Mathieu Cruon, du consentement de sa femme et de ses enfants donne la dîme et les prémices de Villiers, pour l'âme de son fils Hubert, enterré dans le cloître.

Noverint omnes quod Rogerius Cruon, et Avia uxor ejus, et Matheus et Johannes filii eorum, dederunt in perpetuam elemosinam Deo et abbacie Sancte-Trinitatis Vindocinensis quartam partem decimarum et primiciarum de parrochia de Villeriis, pro anima Huberti filii eorum, qui sepultus est in claustro monachorum Vindocinensium, et ipsi monachi de eodem Huberto fecerunt sicut uni de monachis eorum, et concesserunt prefatis, Rogerio scilicet et Avie uxori sue et filiis, beneficium totius abbacie. Hanc donationem fecerunt supradicti Rogerius et alii in sollempni capitulo, in die quo sepultus est predictus Hubertus, videntibus et audientibus istis, cum omni capitulo : Hamelino abbate, Johanne comite Vindocinensi, Gaufrido de Vindocino avunculo ejus, Gaufrido Roille, Bartholomeo de Plessiaco, Radulfo de Marcheel, Petro de Chantôme,

Odone Salomon, Gervasio et Matheo de Plassicio, Odone et Burchardo de Sancto-Amando, Willelmo de Sancto-Martino, Willelmo de Noviz, Hugone de Ferritate, Henrico Basset, Garino decano Vindocinensi, Petro Vitali, Andrea de Sancto-Petro, Thoma Rocheri, Willelmo fratre ejus, cum pluribus aliis. Hanc elemosinam gratanter concessit domnus Gaufridus de Vindocino abbacie Vindocinensi, de cujus feodo decima ista erat.

Sources. Mss. Phillipps, 2971, f. IIcIIIIxxI *v°*, n° 903. — C'est le dernier acte du manuscrit Phillipps, 2791. — Baluze, 47, f. 265 *v°*. — Decamps, 103, f. 160.

FIN DU DEUXIÈME VOLUME.

CHARTRES. — IMPRIMERIE DURAND, RUE FULBERT.

ome vol. 2
9082

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA

9082